EPHORI CUMAEI
FRAGMENTA.

COLLEGIT ATQUE ILLUSTRAVIT

MEIER MARX

LITERARUM IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI
MAGISTER.

PRAEFATUS EST FRID. CREUZER.

Ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ
μέρους προφητεύομεν.

PAULUS APOSTOLUS.





CAROLIRUHAE,
APUD DAVID. RAPHAEL. MARX.
MDCCCXV.

Digitized by Google

LECTORI AEQUO ET ERUDITO

S. D.

FRIDERICUS CREUZER.

Commissionum literariarum, quae in Academiâ Heidelbergensi institui solent, hoc nuper argumentum proposuerat Philosophorum Ordo: „Ut exhiberentur apteque disponerentur, adscriptâ notatione temporum, *Ephori Cumaei* fragmenta, certe plurima: longiora, quae quidem apud Diodorum aliosque exstant, indicarentur, fieretque judicium de ejus scriptoris rebus, fide, arte et indole.“ Jam cum equidem ab Ordine jussus essem publice pronuntiare de D. *Marxii* humanissimi juvenis diatribâ, quae *praemium* etiam

meruerat, igiturque nemini cuiquam dubium esse posset, quale nostrum esset et quam honorificum hâc in caussâ judicium: tamen victor commilito nescio quomodo iterum me praefari voluit libello suo, qui nunc cum maxime in eo est, ut publice prodeat. Quodsi illud spectavit *Marxius*, ut sibi ego maxime testatum facerem, quantopere elaboraverit in retractandâ lucubratione suâ: nemo, opinor, me ipso magis testari utique possit, ut quem is conscium esse voluerit laborum suorum, et quam naviter id ageret, quo suo ipse Marte haec Ephorea fragmenta multo auctiora emendatioraque praestaret, quam eadem superiore anno exhibuerat Ordini. Haudquaquam igitur dicendus est ille partâ victoriâ praemioque ablato protinus acquievisse. Sed quanti facienda sit *Marxii* opera, ipsi judicabunt optime viri docti iidemque boni, h. e. ii qui his in rebus nihil consummati exspectent, nil omnibus numeris absoluti, nedum ab adolesçente, et qui ipse om-

nium maxime abhorreat a stolidâ fiduciâ, quae sibi aliisque persuadere velit, posse in ejusmodi opere secundis curis cum pulvisculo etiam exhauriri ad unum omnia.

Illud neminem quaesiturum a nobis arbitror, cur scriptorum maxime *fragmentis* juvenum eruditorum studia contineri velimus. Est enim longum explicare minus doctis: doctioribus non est necesse. Illis tamen nunc quidem, credo, haec oratio satis faciet: nolle nos calidius quidquam fieri a commilitonibus nostris, velut cum adolescentuli in primarios scriptores involant, ac sicubi aliquid conjecturarum cuderint, illud continuo effundunt, integrosque textus indotatos aliunde nudosque foras projiciunt. Quorum editorum studia si ab eâ temeritate advocarentur adstringerenturque certis consiliis, et hoc ipso maxime, quod ad historiarum aliasque reliquias pertinet: noli dubitare, quin multo melius consultum fuerit ut antiquitatis studio ita literarum reliquarum omnium.

Verum omittamus nunc universam instituti nostri sive excusationem sive commendationem etiam: videamus de *Ephoro* et, qui fere ubivis junctim laudari assolet, *Theopompo*.

Quâ in re nec illud repetam jam ab *Heynio*, immortalis memoriae viro, utilissime monitum: satis indocte vulgo in fide rerum antiquarum firmandâ citari Strabonem, Diodorum, Plutarchum, alios, quasi aut ipsi rebus narratis interfuissent singulis, aut a suo certe ipsi judicio ubique penderent: circumspiciendos potius eos esse, unde ii plurima sua mutuati sint. Jam in *primariis* illis auctoribus, praeter antiquissimos Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, esse *Ephorum* praecipue itemque *Theopompum*: haec post alios idem ille vir adjectis caussis ita docuit, ut hodieque nemini cuiquam quidquam dubitationis sit relictum.

Quocirca id ipsum putidum foret universe inculcare denuo velle. Illud non alie-

num videatur, ut adumbretur a nobis et quoad quidem h. l. fieri possit, *exemplis aliquot novis* firmetur, *Theopompeae et Ephoreae doctrinae insigniora vestigia superesse in posterioribus historiarum monumentis, necdum eruta penitus, licet haud mediocrem vim habeant cum ad scriptores rerum intelligendos tum ad ipsam historiae artem recte aestimandam.*

Atque ut in iis me contineam, quos supra dixi, *Strabone, Diodoro, Plutarcho*, et unum *Justinum* addam: *Geographus*, ut hoc utar, in rebus cum aliis plurimis, tum vero etiam Siculis *Ephorum* adhibuit. Vid. v. c. Strabonem lib. VI. p. 408 B. p. 410 A. Almel. Illius item condiscipulum *Theopompum* ab eo lectitatum, cum alia arguunt, tum quae ipse de eo posuit libro primo p. 74 et septimo p. 458. Cujusmodi loci ansam praebuerunt viris doctis ipsique illi Casaubono notandi Theopompi, ut *scriptoris admodum fabulosi.* Atque hic ipse rerum scriptor ingenue erat

professus, fabulas a se interpositum iri suis historiis. Quod quomodo dixerit, et quo pacto fecerit, hoc nemo non videt accuratius dispiciendum fuisse, antequam de eo in malam partem pronuntiaretur. Dixerat autem lib. I. p. 74 (p. 116 Siebenk.): *ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττον ἢ ὡς Ἡρόδοτος, καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος, καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.* Non infitior haec arrogantiae speciem habere. At vero, si a specie discesseris, et aliunde exquisieris, quid secutus illa ipsa prae se tulerit Theopompus: fortasse aliter prorsus statuendum pronuntiaveris. Possunt varie fabulae interponi rebus gestis, cum ignorantiâ veri, tum mirationis delectationisque caussâ, *τερατείας καὶ τέρψεως χάριν*, quod ipse vidit Strabo l. l. Sed possunt eaedem admisceri ita, ut indidem vel res gestae eruantur fabularum involucris contectae, vel abditi doctrinae sensus aperiantur, quos *τὸ μυθῶδες* quasi occaecatos adhuc cohibuerit. Atque illud in ipsis rebus scri-

bendis breviter sed optime Plutarchus Vit. Alexandr. cap. 35. vocat: τὸν μῦθον ἀνασώζειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

Jam legas mihi velim quae ex utroque genere apud unum *Justinum* exhibentur haud dubie a Theopompo ducta (quem quidem in sex prioribus libris expresserat Trogus, hunc item ejus breviator Justinus), veluti copiosum locum de priscis Athenis paullatim ad meliorem cultum eruditis (II. 6.) ac de Cecrope „quem, ut *omnis antiquitas fabulosa est*, *biformem tradidere*, *quia primus marem feminae matrimonio junxerit*": igitur ea consimiliaque legas, et fatearis necesse est: egregie illud egisse gravissimum scriptorem, ut priscarum fabularum uberrima saepe argumenta recte intelligerentur et a poëtarum vindicata ludibriis in communem intelligentiam explicarentur. Satis de *historicis* quae dicuntur fabulis. Neque vero *physicae* pleraeque commenta poëtarum sunt, sed naturae potius judicia; sive, ut idem scriptor

prudentissime addit, ubi Siculae naturae miracula Scyllamque et Charybdim illustrare studuerat (Justin. IV. 1.); „*Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulae compositum, sed metu et admiratione transeuntium.*“ Quibus in rebus non hoc quaerimus, an usquequaque verum invenerit Theopompus, et rem omnem acu quasi tetigerit: illud nemo ambigere potest, qui ea similiaque legerit: intentissimum eum historicum fuisse justo studio naturae, ejusque ope eximere multa fabulis potuisse, quae vulgo hoc numero habebantur. Atque hoc certe, si quid aliud, est *optime narrare* μύθους ἐν ἱστορίαις, sive: τοὺς μύθους ἀνασώζειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Quocirca licet in rebus physicis tractandis idem Theopompus nec ipsi Straboni ubivis potuerit facere satis, ut v. c. in loco de sinu Adriatico ejusque orae caussis naturalibus (p. 488.): nos tamen, ab hâc parte admoniti, cautius versemur oportet in illo universe judicando, quam ipse ille Geogra-

phi fecit interpres. (Egerat autem Theopompus de Siciliae historià tribus libris Philippicorum XLI — XLIII. cf. *Heynium* de Fontibus Diodor. p. 87 edit. Bip.) Similiter fere pronuntiandum de aliis fabulis, quae ex magni illius Isocratici operibus desumtae, sed eaedem saepius, proh dolor, curtatae passim feruntur per posteriorum scriptorum volumina; veluti nobilissima illa neque ipsa vero integra apud Aelianum Sophistam V. H. III. 18. ubi ὁ δεινὸς μυθολόγος audit. Quae omnia qui sinistre accipere velit, eum nunc quidem nos, in hâc brevitate inclusi convincere non possumus.

Ephoream in fabulis tractandis rationem haudquaquam neglexit *Editor*, qui v. c. infra ad §. 93. p. 202. etiam exemplum nos attendere jussit, ubi a fabulose traditis [1]) judicium suum prudenter sejunxerit scriptor.

1) In loco de Abarnide. Tractaverunt haec *Orus* Thebanus apud Etymolog. magn. in Ἀβαρνίδα

Quae uti cautum historicum arguunt: ita illa phisosophi indolem rerum omnium igiturque fabularum etiam caussas investigantis. At si ea exputaveris, quae apud *Justinum* II. 2. leguntur, et ipsius, uti videtur, Theopompi sunt: propterea non minus ornandum judices *philosophi* nomine, quam nuper Roussavium illum Genevensem eodem ornatum vidimus. Disputatur enim ibi prorsus Roussavicâ ratione de felicitate

(ubi, ut hoc addam, excerptum mscr. Leidense tuetur lectionem μηδικὴν tentatam a Berkelio ad Steph. Byz. p. 6.); item *Mnaseas* apud Schol. Luciani Diall. Deorr. II. 79 Bip. ubi ad fabulam plura exhibet Hemsterh. p. 321. Alia suppeditabit Vir doctus in Bibl. crit. Amstel. II. 7. p. 13. *Hecataei Milesii* locum ex descriptione Asiae attigi breviter in Historr. graecc. antiqq. fragmm. ad Charonem p. 116. Quo ego in libello cum pauca admodum apposuissem ex Hecataei *Geographicis*, et diserte etiam ostendissem *Historica* sola exhibitum iri, nec haec ipsa ita absoluta, ut nil deesse videatur (vid. ibid. Prae-

populorum, qui necdum a primigenitâ naturae simplicitate desciverint; neque dum ea vitia traxerint, quae gliscentem paullatim luxuriam inque dies latius serpentem sectari assolent. Ephorus quidem diserte *philosophus* dicitur. Etenim in Catalogo patriarchalis Bibliothecae, quae seculo adhuc decimo sexto Constantinopoli fuisse fertur (in Alteri Professoris nuper Vindobonensis excerpto apud Harlesium Suppl. II. ad Introd. in hist. ling. gr.) igitur eo in catalogo et alia leguntur quae

fat. pag. VI.): nihilominus exstiterunt quidam male seduli, qui de aliquot locis *geographicis*, ut omissis a me, docte scilicet admonerent. Rectius et modestius eâ de re dixit nuper admodum *Ukertus* in libello vernaculo, quo *geographicam Hecataei rationem* eleganter adumbravit, pag. 3 seq. Ejus ego Geographiam Graecorum Romanorumque lectitare aveo. Caeterum Hecataei geographicorum reliquias editurus est aliquis Seminarii nostri sodalium unâ cum supplementis meis fragmentorum Historiae antiquiss. scriptorum.)

mirationem faciant et vero illud quoque *ἱστο-ρικὸν Ἐφόρου τοῦ φιλοσόφου*. Cui continuo subjicitur *ἱστορικὸν Θεοπόμπου*. Itane Constantinopolin potius mittendus erat *Marxius*, quam ad bibliothecae nostrae Academicae pluteos, quandoquidem integrum Ephorum poterat adferre nobis, cum nunc etiam post tot medelas nonnisi mutilatum habeamus et

lacerum crudeliter ora

instar Deiphobi Virgiliani? Et poterat comitem etiam addere majorem Isocraticae alumnum disciplinae ipsum illum Theopompum eumque nec minus salvum sospitemque. Ego vero nemini auctor existam, ut hujusmodi consilio in illud itineris se conjiciat. Aut credamus Tzetzas eorumque aequales vel suppares etiam tunc lectitasse Ephorum, nec potius Proclum aliosque antiquiores descripsisse, qui lectitaverant reâpse? Cujusmodi exemplum suppeditabit Ruhnkenius ad Vellej. Pat. I. 7. initio. Alterum ipse offenderam in

cod. Leidens. ubi item me adverterat illud: Ἐφόρου ἐκ τῆς δ' ἱστορίας, quoad *Cosmae* esse cognovi, vid. infra Ephori Fragmm. p. 139 seq. Omissa tamen nescio quomodo ibid. pag. 140. lin. 6. infr. est παραγραφὴ, quae item in codice laudato adpicta est ei loco. Eam explebo siquidem de *philosophi* nomine exorsus eram dicere. Habet autem ita: οὗτος ὁ Ἔφορος παλαιός ἐστι συγγραφεὺς, φιλόσοφος καὶ ἱστοριογράφος. Vides posse me, si callide agere velim, philosophis aggregare Ephorum, quem nuper Aristoteleum dixeram, cum ipse antea vocassem Isocraticum (in libro vernac. de historiâ Graecorum p. 320.). Sed malo fateri fuisse ἁμάρτημα μνημονικὸν, et recte notasse *Marxium* infra p. 53., quam adeo levibus testimoniis inniti. Et nemo nescit, quam late pateat φιλοσόφου nomen per Graecorum scripta. Sed quidni Ephorus dicatur merito philosophus, qui non minus quam Solon ille apud Herodotum I. 30. φιλοσοφέων γῆν πολλὴν ἐπ-

ἐλήλυθε (nam illud *θεωρίης εἵνεκεν* assutum mihi esse videtur huic loco, ut nec minus paullo ante illud *καὶ τῆς θεωρίης* ex capite antecedente 29. ubi est *κατὰ θεαρίης πρόφασιν ἐκπλώσας*.).

Nolo nunc morari quae alia plurima e deperditis in illâ bibliothecâ Constantinopolitanâ fuisse feruntur praeter istud *ἱστορικὸν* et Ephori et Theopompi, quod ego *διήγημα* aliquod fuisse suspicor excerptum ex aliquo Grammatico. Etenim nostra oratio in eam mentionem deverterat ex locis *Justini*. Hoc igitur intelligi volebam appositis exemplis illis, ut sua laus constaret utrique, et Theopompo ut philosopho scriptori rerum, et *Justino*, tanquam exili jejunoque sectatori uberrimorum fontium. Cujus sententia oratioque ubicunque aliquanto altius exsurgit: nemini harum rerum intelligenti obscurum est, eum veluti munimento alicujus majoris auctoris opere insistere. Quo eodem sensu ductus Valckenarius (Or. de Philippi Maced.

indole pag. 269. not.) alium *Justini* locum (VIII. 1.) declamationem sapere judicat, in *Theopompi* Philippicis a *Trogo* repertam. Sed de Justini historiarum fontibus sigillatim dixit *Heerenius*. Nunc hoc ago, ut cognoscatur *reliquiarum* Ephorearum ac Theopompearum idonea illustratio quantum lucis allatura sit penitiori studio scriptorum, quos hodieque in manibus versamus.

Quod ipsum magnam vim habet in *Diodori Siculi* bibliothecam historicam. Notum est, *Heynium* ejus fontes eruere studuisse, unde constet, quorum fide contineantur ab ipso tradita. Ego unum alterumque exemplum apponam, quod a me ipso e Diodori lectione sumtum, vel maxime facere videatur ad judicandam rationem quae eum inter et Isocrateae disciplinae illos alumnos intercedat. Ac constat inter omnes, Ephoream historiam magnam per partem Diodori Bibliothecae quasi perpetuo quodam filo esse

deductam. Quod vel loci longiores docere unumquemque possunt, quos apponere ex Diodoro oportet eum, qui Ephoream sententiam aliquam recte intelligi velit. Vid. v. c. infra pag. 227 seqq. Jam ea res non solum ad argumentum pertinet, verum etiam ad universam orationem. Plane enim cadit in Diodorum illud vulgatum: quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu. Sive, ut ab alio sensu simile ducam: ipsius oratio disertorum Isocratis discipulorum facundiâ colorata quasi penitus est; ut mature intelligas, assiduo studio Diodorum ipsum eorum quasi geminum esse factum. Sed nonne ille quaevis rhetorum artificia graviter improbat, cum Gorgiam dicit (Biblioth. XII. 53 fin.) primum adhibuisse dictionis multiplices figuras, antitheta, isocola, parisa, homoeoteleuta aliaque id genus lenocinia, quae tunc quidem novitate suâ placuerint — *νῦν δὲ περιεργίαν ἔχειν δοκεῖ, καὶ φαί-*

νεται καταγέλαστον, πλεονάκις καὶ κατακόρως τιθέμενον? Quibus plane congruunt quae laudatus ibidem a Wesselingio Plutarchus de Glor. Athen. p. 350 D. in *Isocrate* notavit, cujus rationem ab ipso Gorgiâ quodammodo ductam jam veteres judicarunt. Hos ego locos adjici voluerim iis, qui infra pag. 36. ab Editore de eloquentiâ Isocrateâ positi leguntur. Jam quo recte intelligatur, utrum a vetustâ simplicitate propius absit Diodorus, an ab artificio rhetorum, componas mihi velim ejusmodi locos, ubi veteres historiarum principes easdem res tractant, vel geminas certe. Conferas, ut hoc utar, Thucydidem IV. 11. 12. Diodorumque XII. 62. Brasidae facinus commemorantes, et attendas quomodo id ab utrovis fiat; ubi insignem differentiam vel unicum illud ξύλων et τοῦ σκάφους arguit. Nec minus unum saepe epitheton rhetorum alumnum prodit; veluti XIII, 59. ubi, post ea quae proxime praecedunt,

dubito, veterum illorum scriptorum quenquam additurum fuisse illud τῆς περιμαχήτου πᾶσι ad vocem πατρίδος. Non vacat in singularia desendere. Locis aliquot adjiciendis defungar. Compone Xenophontem Anabas. I. 9. 18. Diodoro XIV. 23. et attende quo pacto utervis describat concertationem Artaxerxis Cyrique fratris et hujus obitum. Inspice Siculum XIV. 72 seqq. Syracusanorum res gestas adversus Carthaginenses narrantem, augentem, ornantem, et adhibe similes locos Xenophonteos veluti Histor. Gr. IV. 3. unde recte apparere *Morus* dicit pag. 184. „quo major sit res, eo simplicius et dilucidius dicendi genus esse et tamen magnitudinem rei intelligi.“ Teneas porro Elogia Diodori historiis interposita, ut Themistoclis XI. 58 seq. Epaminondae XV. 88. alia; Prooemia item singulis libris praemissa, attende quod sibi ipse his de ornamentis judicium quasi inscio elabi est passus (prooem. ad lib.

XIII.); ac quomodo disserendi studio abreptus res adhuc narrandas disputando occupet (ut XVI. 1.) earumque adeo vim ipse infringat, ut alia omittam, quae in has angustias non cadunt.

Jam haec Diodori omnia nemo nescit fluxisse potissimum ab *Isocrateis discipulis Theopompo* nimirum *Ephoroque*. Qui quidem quum ambitiosius comerent orationem, et se narrando disputandoque ad fusius genus remitterent, infregerunt virile robur veteris historiae. Hinc evanuere paullatim illa διανοήματα σαφῆ καὶ ἁπλᾶ καὶ παντὶ ῥᾴδια φαινόμενα· τό τε εἶδος τῆς ἀπαγγελίας προςηνὲς, καὶ κεχαρισμένον, καὶ πιστικὸν, πολλὴν μὲν ἔχον πιθανότητα, πολλὴν δὲ χάριν, καὶ ἐπιβολήν. Quas virtutes in Xenophonte vehementer dilaudat judex egregius Dio Chrysostomus Or. XVIII. p. 481 Reisk. [2]).

2) De voce προςηνὲς nuper monui ad Plotinum de pulcritud. pag. 192. De formâ πιστικὸς notum

Omitto alia quae infausto studio Isocraticorum novata sunt in historiis. In ipsâ elocutione magis magisque desiderari coepta est illa ἁπλότης antiquorum indeque nata πιθανότης. Dico simplicitatem probabilitatis effectricem et sociam. Neque hujusmodi rerum scriptores, a quibus abesset illud *simplex sigillum veri*, placere usquequaque poterant severis hominibus. Qualis nuper etiam *Moeserus* ille fuit, qui in Historiae Osnabrugensis prooemio p. 4 sq. pronuntiat sectandam unice esse simplicitatem narrando; eamque ipse in illo opere sectatus unice est. Atque multa in istis scriptoribus, nemo nescit, jam veteres notasse criticos; vid. v. c. Longinum de Sub-

est disceptari, vid. modo Salmas. Plinn. Exercitt. p. 750. et Wettsten. T. I. p. 625. ad N. T. quod solum laudat Schneiderus in Lexico, nostri loci immemor; quem et ipse neglexit Ernesti in Technol. Graecorr. rhetor. cum tamen primarius sit; at idem vir doctus, praeter Reiskium l. l., consulendus est de voce ἐπιβολή p. 119 seq.

lim. p. 147 seqq. ibiq. interprr. Illud anquirere gestio, quomodo haec ipsa vitia illorum rivales acceperint *Aristotelici.* Hoc optime sciremus, si superesset *Theophrasti* liber unicus περὶ ἱστορίας, in scriptorum ejus catalogo censitus apud Diogenem Laert. V. 47. neque confundendus cum ejusdem ὑπομνήμασι ἱστορικοῖς, docente Menagio ibid. Falluntur enim egregie qui plurimi arbitrantur, veteres ante Lucianum non propriis scriptis consignasse historiae scribendae praecepta, sed eadem inclusa voluisse libris suis rhetoricis universis. Atque Aristotelei judicii circa artem historicam vestigia quaedam exstant in Poëtices compendio, ubi historiam tamen levi brachio attingit, velut I. 9. XXIV. 1. 4. Quam censuram haud dubie explicatiorem exhibuerat Stagirites justo opere super poëticâ. Alterum vestigium latitare suspiceris in his verbis ejusdem Problemat. XVIII. 9. pag. 132 Sylb. Διὰ τί ποτε τῶν ἱστοριῶν ἥδιον

ἀκούομεν τῶν περὶ ἓν συνεστηκυιῶν ἢ τῶν περὶ πολλὰ πραγματευομένων. Nam reâpse in suis operibus circa miram rerum varietatem trepidaverant Isocratei historici et ab hâc parte jacebant compositi cum veteribus illis, Xenophonte, Thucydide, ipsoque adeo Herodoto. Quae suspicio firmari videtur posse eo quod ibidem ponitur problema §. 5. p. 131. Διὰ τί τὸν φιλόσοφον τοῦ ῥήτορος οἴονται διαφέρειν; ἢ ὅτι, ὁ μὲν, τί ἐστιν ἀδικία· ὁ δὲ, ὡς ἄδικος ὁ δεῖνα; καὶ ὁ μὲν, ὅτι τύραννος· ὁ δὲ, οἷον τυραννίς. Aristoteleis enim Isocraticisque uberius pertractata est illa jam ex Platonis dialogis tradita quaestio: quidnam intercedat discriminis rhetorem inter atque philosophum. Et reverâ, si Theopompi memineris, descripserat ille multorum tyrannorum, utriusque Dionysii, aliorum ingenium moresque, Jasonis autem moderatissimi Thessalorum tyranni imaginem exhibuerat Ephorus, quam extre-

mis duntaxat lineis adumbratum habes apud Diodorum lib. XV. cap. 60 fin.

Verum ut illuc redeam, quaerat quispiam a me: numquid Isocraticos illos mendaces judicas et historiarum tantummodo corruptores? Cui quod respondeam habeo idque *Wyttenbachii* verbis; neque enim verius haec definiri a quoquam arbitror posse: Ita enim ille in Praefatione ad Selecta historicorum p. XV seq. „Nam, ut hoc utar, Philistus et Ctesias aequales Xenophontis, in ejusdem laudis societatem pervenire non potuerunt. Hinc ad Polybium ducenti fere numerantur anni: quo spatio mirum est quam multi et egregii fuerint Historici, doctrinae copiâ et literarum varietate triumviris illis minime postponendi, orationis sanitate magis deinceps magisque ab illis degenerantes: quippe plerique ex Rhetorum palaestris, fucato potius nitore, quam viribus et sano colore prodierunt; et, ut fit, vitiorum plures

quam virtutum imitatores habuerunt." Deinde, pluribus interjectis: „Ergo innumerabilis exstitit multitudo ut in omni genere doctrinae excellentium hominum, ita clarorum Historiae scriptorum. Horum, ut nonnisi *principum* paucos nominemus, *partim a rhetoricâ exercitatione, nondum illâ corruptâ, profecti sunt Ephorus, Theopompus, Timaeus.*" *cet.*

Jam quantum ab *Ephoro* profecerint reliqui historici omnes, lucidius apparebit ex hoc ipso corpore fragmentorum per singulos libros collectornm et ad temporum rationes dispositorum. *Theopompus* quantopere et rerum ubertate impleverit posteriores omnes, eosque in sui imitationem converterit, tunc demum penitus intelligetur, cum ejus item reliquiae historiarum in unum volumen collectae fuerint. Quod ut fiat, hoc magis optandum est, quo cupidius, ut hoc unum delibem, utrinque pronuntiari videmus su-

per fide Graecorum historicorum in rebus populorum Orientalium recte intelligendis. Nam vel unius *Plutarchi* lectio unicuique persuadebit, interiore, ut hoc utar, Persicarum religionum cognitione polluisse Theopompum, quam ceteri plurimi, ne Herodoto quidem excepto. In Graecis item rebus illius historiarum reliquias maximo usui fore nemo est, qui ambigat; et novum argumentum accedit fragmentum quod ex Schol. mscr. Aristidis infra §. 116. pag. 224. in medium protulimus. Quo ipso evincitur illud, quod *Heerenius* V. C. nuper posuerat, cum in Commentatione I. de fontibus Justini (Comment. Soc. Scient. Goetting. Vol. XV.), tum postea quoque in Comment. de fontibus Vitarum Plutarchi p. 22. videlicet „Theopompi historias, Philippicas ita fuisse compositas, ut antiquiora quoque episodiis interpositis passim continerent." Est enim illud desumtum e mediis Philippicis, et tamen

pertinet ad Cimonem. Et possit hoc unum fragmentum locum facere pluribus disputationibus nec illis quidem otiosis aut jejunis. Quas h. l. levi brachio attingam, quandoquidem exhaurire non licet. Pertinent enim haec ad proelium Tanagraeum, ut ex Plutarchi vitâ Cimonis cap. 17. p. 490. monstratur pag. 224. Atqui de hâc ipsâ pugnâ Plutarcho melius convenit cum Herodoto IX. 34. et Thucydide I. 108, qui insignem cladem Atheniensium produnt, quam cum Diodoro, qui XI. 80. ancipiti Marte pugnatum perhibet. Deinde hoc fragmentum adhibendum erit Nepoti in vitâ Cimonis cap. 3, ubi alia est codicum lectio (vid. Bosium) alia ea, quam post Lambinum hodieque fere exhibent editiones. Tum in hâc ipsâ pacis per Cimonem factae mentione Plutarchus multo magis congruit cum Theopompo quam Nepos, licet et ipse eundem consuluisse putandus sit. Sed uterque, praeter Theopom-

pum, alios quoque hâc in re auctores secutus videtur esse. Porro addendus hic locus iis est, qui haud pauci de προξενίᾳ exstant, quos collegerunt Van Dale ad Marmor, antiqq. IX. pag. 773 seqq. Valckenar. ad Ammon. pag. 201. et quos alios nuper laudavit Boettigerus in Jovis mytholog. vernac. p. 42. quibus addatur *Scipio Maffei* in opere Italico Histor. diplomat. p. 37 seqq. Singulari autem sensu πρόξενον hoc loco Theopompus nominasse videtur eum qui esset ἰδίᾳ πρόξενος sive ἐθελοπρόξενος, quales fuisse Lacedaemoniorum Athenis Cimonem et Calliam suspicatur *Valckenarius* in eruditâ annotatione ad Herodot. VI. 57. p. 463.

Denique, Theopompum si sequaris, Cimon non dicendus est octo annos exsulasse, quod nuper posuit Boettigerus V. C. (in lib. vernac. Andeutungen zur Archaeologie p. 65.) vel novem etiam (quem numerum exputat Larcherus in Chronologiâ Herodot. pag. 652.

656.) sed quinque tantummodo (cf. Nepot. 3.) eosque necdum exactos. Caeterum in eo quidem loco nihil vestigii inest ejus maledicentiae, quae Heerenio (l. l. p. 23.) videtur Plutarchum ita movisse, ut in vitis rarius Theopompi testimonio uteretur; nisi forte illud fragmentum in eam partem accipere velis, ut notâ quâdam inuratur levitas civium Athenarum, quas quidem idem sinistre satis judicat alibi, plenasque esse dicit (apud Athenaeum VI. p. 254 b. p. 474 Schw.) — *ψευδομαρτύρων καὶ συκοφάντων καὶ ψευδοκλητήρων*. Sed hoc nimirum est hariolari. Et redeundum mihi eo est, unde discesseram, cum dicerem ad Theopompeam rationem cognoscendam plurimum facere et alios et ipsum Plutarchum; qui idem Ephoro nec minus usus est etiam in vitis, monente Heerenio (p. 22. l. l.) et aliquot fragmentorum testimonio firmante Marxio nostro.

Atque hic quidem noster commilito, quoniam in Graecis ut plurimum rebus versatur hoc corpus fragmentorum, eidem constituerat adjicere quae *Dicaearchi* βίου Ἑλλάδος hodieque supersunt. Quod consilium exitu caruit. Nam quamvis bona ei in hâc re officia praestiterat *Fr. Xav. Werferus* vir juvenis humanissimus, ut qui codicem quoque Monacensem excusserat Marxii gratiâ: tamen libellus ille aureus unius codicis ope non ita videbatur restitui posse, ut doctis lectoribus fieret satis. Quocirca eam editionem differre maluit *Marxius*, praecipue cum Ephorea fragmenta eâ religione tractanda sibi duxisset, ut ipsas a prelo madentes plagulas identidem resumeret. In hoc labore egregium ipsi usum praestitit *Kayseri* V. C nostri probata in his rebus diligentia. Quod conjunctum studium emendandi si minus hactenus valuit, ut hoc Ephorearum reliquiarum corpus tersum mundumque et ab omni parte

elegans ac venustum prodeat: spero equidem fore, ut aequi bonique Lectores aliquantum caussentur urgentes operas, quibus semel instituto negotio deesse non debebat Editor, nec nihil tribuant honestissimo viri juvenis consilio, quo is perpetuo ductus nunquam quidquam remittet de officio retractandi.

Scrib. Heidelbergae prid. Kal. Decembres a. MDCCCXIV.

COMMENTATIO

DE

EPHORI VITA, SCRIPTIS, DICENDI GENERE, AUCTORITATE.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM.

De Ephori Nomine, Patria, Rebus.

Suidas: Ἔφορος, Κυμαῖος, υἱὸς Δημοφίλου, οἱ δὲ Ἀντιόχου· Ἰσοκράτους ἀκουστὴς τοῦ ῥήτορος, ἱστορικός. Ἔσχε δὲ υἱὸν Δημόφιλον, τὸν ἱστορικόν· ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἐννεακοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὡς καὶ πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας εἶναι τοῦ Μακεδόνος· ἔγραψεν ἀπὸ τῆς Ἰλίου πορθήσεως καὶ τῶν Τρωϊκῶν μέχρι τῶν αὐτοῦ χρόνων βιβλία λ'. περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν βιβλία κδ'. παραδόξων τῶν ἑκασταχοῦ βιβλία ιε'. εὑρημάτων ὧν ἕκαστος εὗρε βιβλία β'. Καὶ ἄλλα.

Haec praecipue de celeberrimi scriptoris vita et libris ad nostri temporis notitiam pervenere. Licet enim et alii multi saepenumero Ephori meminerint, quod illam narrationem illustrare possit parum, quod supplere aut locupletare, paene nihil est ab iis proditum. Quis vero credat? Ipsa Suidae verba eo hucusque delituere, ut, praeter *Vossii* diligentiam, (de Hist. Gr. I. 8.) virorum doctorum scientiam omnino fugisse videri debeant. Scilicet pro Ἔφορος hodieque in illo (notante

vitium Kustero T. I. p. 923.) legitur 'Εφίππος. Quod foedum ulcus quam mature ejus exempla invaserit, vel inde apparet, quod *Eudocia* (Violet. p. 164 Villois.) eandem narrationem eodem depravato titulo exscriptam habet. Fortasse Suidas, aut quisquis ille Grammaticus, cujus scrinia compilavit, Ephorum confudit cum *Ephippo* Olynthio, itidem historico, aliunde haud admodum noto, nisi quod ejus de sepultura Alexandri et Hephaestionis liber aliquoties ab Athenaeo laudatur, (v. g. III, 120. IV, 146. X, 432.) de quo docte quaedam disserit *St. Croix* Examen Crit. p. 45. et Addend. p. 858. Nam permutatum fuisse cum *Ephippo*, mediae Comoediae poeta, Aristotelis aequali, (vid. Fabric. B. G. I. 440. Harl.) cogitari vix potest. Sed hunc qualemcunque errorem omnis redarguit antiquitas, cujus de Ephoro testimonia, in singulis, minimisque adeo rebus plane congruunt cum Suidae narratione; ut profecto ii sint demirandi, qui hac confusione ita sibi imponi passi sunt, ut ipsi quoque, quod Ephori fuerat, Ephippo adtribuerent. V. gr. Harduin. in Plinii N. H. T. I. p. 59; Harles. ad Fabr. B. G. T. I. p. 512. et T. III. p. 41; Freinshem. ad Curtium, in indice Auctorum, alii. Jam cum in limine statim obliterati nominis exemplum se obtulisset, consultissimum visum est, ulterius in hac quaestione progredi; qua fieri potest, ut alia quoque, needum explorata, auctori nostro vindicentur. Sexcenties 'Εφορος in Εὔφορος corruptus reperitur, proclivi errore, sed eo magis corrigendo; deque eo jam dudum Viri docti monuere: *Scaliger*

ad Eusebii Chron. p. 62. (a. 1658.) *Interpretes* Clem. Alex. Strom. I. p. 362. P. *Reinesius* Var. L. II. 6. p. 159. *Jonsius* de Scriptt. H. P. I. 9. *Berkelius* ad Steph. Byz. p. 99. *Xylander* ad Strab. X. pag. 735. Alm. Nuperrime tandem *Schaefer.* ad Schol. Apollon. II. 360. pag. 159. et quos laudat (Vossii Aristarch. p. 46. Holsten. in Miscell. Obss. Nov. II. p. 118. Wessel. ad Diod. Exc. T. II. p. 553. Siebelis. Hellen. p. 339. Tzschucke ad Strab. T. IV. p. 66. 133. 242. 245. Add. T. II. p. 334.) Observat vir eruditissimus, postremo loco a nobis nominatus, eodem modo et adjectiva ἔφορος — εὔφορος a librariis permutari. (Sic Scaliger l. l. pro Ἐφεσίων — Εὐφεσίων se in nummo invenisse testatur.) Plerumque vitium se ipsum prodit, ut correxisse quam indigitasse sit satius [1]. — Alia no-

1) Voilà bien des minuties, me dira-t-on. Oui répondrai-je; mais qui se trouvent dans les ouvrages des plus savans hommes de ce siècle. *C'est une fatalité inséparable de la Critique*, et n'en déplaise aux Censeurs; je ferai encore une rémarque de même nature. Quand le nom du même écrivain est rapporté si diversement dans un ouvrage, qu'il semble qu'on puisse juger qu'il s'agit là de plus d'un auteur, il ne faut pas toujours s'en prendre aux copistes. la faute peut fort bien être dans l'original: ne doutons point qu'Athenée n'ait pu écrire tantôt Εὔφορος tantôt Ἔφορος, quoiqu'il eut en vue le même auteur cet. *Baylius* Dict. T. II. p. 834. Not. B. Quod posterius minime probaverim.

minis corruptela, quae majorem difficultatem moveat, aliquando exoritur, ubi *Ephorus* in *Euphorionem*, poetam illum Chalcidensem (de quo vid. *Salmas.* ad Solin. T. II. p. 856. *Heyn.* ad Virg. Aen. II. Exc. V. p. 397. *Fabric.* B. G. T. II. p. 304 H. al.) abierit. Exemplum dabit insigne Schol. Apollon. Rhod. II. 351. qui in Mariandynorum terrae descriptione, auctorem allegat: ὡς Εὐφορίων ἱστορεῖ; sed continuo vers. 357. — Εὔφορος ἐν πέμπτῳ; et vers. 1031. in iisdem regionibus versans — ἱστορεῖ Ἔφορος. Ne dubii simus, has ipsas terras Ephori quinto historiarum libro fuisse enarratas, cum Stephani Byz. locus arguit v. Τιβαρηνία, cum aliorum, quae suo ordine infra L. V. disposuimus. Audacius in hac versarer causa, nisi animum subiret Euphorionem et ipsum quodammodo se historicum praebuisse, cum in Ἀτάκτοις, quorum versus a Grammaticis saepenumero laudantur, tum in commentariis historicis (ἱστορικὰ ὑπομνήματα) passim memoratis (v. g. Athen. L. IV. p. 154 E. XV. p. 700 D. Al. [2]). Neque illud, quod *Sturzius* ponit in Comment. de Pherecyde p. 72, ad judicanda loca adhibuerim: „cum de vetusto aliquo scriptore verba ἱστορία et ἱστορεῖν occurrant, esse ea fere semper de historico accipienda.“ Nam

2) Apud Aelian. Hist. Animal. XVII. 28. advocatur locus Euphorionis ἐν Ὑπομνήμασι, nec, qui eum illustrat, *Schneiderus* p. 550. repetitum esse illum vidit in Apostol. Proverb. XI. 12. ita quidem, ut alter locus ab altero lucem medelamque accipere possit.

pluries illa verba et de poetis usurpantur, ubi historia ex iis affertur versibus concepta. In Clemente Al. Strom. L. I. p. 389 Pott. Εὐφορίων ἐν τῷ περὶ Ἀλευάδων (sic legendum; v. itpp. et *Ruhnk.* ad Tim. p. 22 ed. nov. *Valcken.* ad Herod. p. 508.) Homerum tradidisse ait κατὰ Γύγην γεγονέναι. Idem opus a Schol. Theocriti XVI. 34. (ad quem vide inprimis *Toupii* animadversionem T. II. p. 518 Heind.) Euphorioni adscribitur. Sed audiamus Suidam T. I. p. 925. (et Eudoc. Viol. p. p. 164.) Ἔφορος Κυμαῖος, ἱστορικὸς, ὁ νεώτερος· ἔγραψε δὲ τὰς Γαλιήνου (sic leg. vid. *Kuster.* ad h. l. et *Schneider.* Addend. ad comment. in Aristotelis Polit. p. 499.) ἐν βιβλίοις κζ'. Κορινθιακά· Περὶ τῶν Ἀλευάδων καὶ ἄλλα. Jam ecce binos Ephoros, binos Aleuadum scriptores reperimus. Quod vero attinet ad alterum Ephorum, juniorem, nusquam ejus praeterea mentionem reperire potui, cumque incertis scriptoribus adnumerat *Vossius* de H. G. Lib. II. 16. p. 240. (oscitanter cum nostro Ephoro permutat *Harl.* ad Fabric. B. G. I. p. 512. et iterum T. II. p. 800. Rectius distinguit T. VI. p. 129. not. x. sicuti etiam *Ernesti* Clav. Ciceron. s. v.). — Utrinam deinde liber de Aleuadibus sit adsignandus, Euphorioni an Ephoro juniori, incertum manet, nisi ab utroque dicas fuisse idem argumentum occupatum. *Schurzfl.* in Notit. Bibl. Vinar. p. 211. Ephorum priorem loco Clementis videtur reponere velle, ut quem constet de Homeri rebus exposuisse. At vero, quoniam ille Aleuadum scriptoris calculus nullo modo con-

gruit cum Ephori computatione, ut infra probatum ibimus, haec ratio stare nequit. — Hieronymus, Chronic. ad ann. MC. pag. 106 Scal.: „Homerus poeta in Graecia claruit, ut testatur Apollodorus Grammaticus et *Euphorbus* Historicus.“ Ad haec *Scaliger* in Comment. p. 62: „Iste Euphorbus, ut habet Marianus, aut Euphorbius, ut omnes libri scripti et editi, est παραχάραγμα τοῦ Ἑλληνικοῦ κόμματος. — — Prius fuit Ἔφορος, tum Εὔφορος, deinde degeneravit in Εὔφορβος.“ Contrarius error irrepsit in Schol. Apoll. I. 644. p. 51. ubi Ἔφορβον mutandum esse in Εὔφορβον monstravit *Schaef.* in notis p. 479. — Theo Progymn. p. 17 Basil. sic editum exhibet: Τὸ γοῦν Κυλώνειον ἄγος μᾶλλον τοῦ Ἡροδότου (L. V. 71.) καὶ Εὔφρονος, ἐξειργάσθαι Θουκυδίδῃ (Lib. I. 126.). In eo corrigendum suspiçor Ἐφόρου, cum quia nemo *Euphron* historicus in his rebus unquam memoratur, tum quia piaculum illud ab Ephoro expositum esse oportet, Ephorusque hinc inde cum Herodoto et Thucydide a Theone comparatur. *Valckenario* (ad Herod. p. 407.) legenti vel κατ' Εὐφρόνιον, vel adverbium, sensui conveniens, substituenti, adsentire non possum. *Duckero*, Theonis locum scite laudanti ad Schol. Thucyd. L. I. T. VI. p. 147 Bip. nulla mendi suspicio in mentem venit. — *Siebelis.* demum, Fragmm. Philochori p. 55. in Scholiasta Aristophanis Av. 998. ubi de Metone — Εὐφρόνιος δὲ (φησὶ) ὅτι τῶν δήμων ἦν ἐκ Κολώνου· — rescribendum esse conjecit Ἔφορος· „notum enim esse hunc περὶ εὑρημάτων scripsisse.“ Verum ejus-

modi res ille inventorum liber non continebat; nec, si quis indicat e qua tribu aliquis fuerit, in inventa hoc est referendum. Praeterea Euphronius notus Grammaticus (v. *Müller.* in T. III. Schol. Lycophron. p. 142. al.) ab illo scholiasta saepe laudatur, nec aliter nomen habet Suidas v. Μέτων; ut proinde emendandi necessitas nulla appareat [3]. Sed satis de his; nunc in illustrando Suida progrediamur.

Ephorum Cyme ortum Aeolidis fuisse, communi veterum testimonio proditum est [4]: Ste-

3) Aliud obliterati nominis exemplum *Creuzerus*, Vir Cel. mecum communicavit e Schol. Mscr. Biblioth. Leidensis ad Aristidis Panathen. p. 93. ed. Jebb. qui Ἕτερον habet, loco Ἔφορος, quod editus Schol. praestat.

4) Sed tamen Ephorum *Samo* insula ortum dicere potuit *Schoening.* in: Baumgartens Allgemeiner Weltgesch. T. XXXI. p. 186. not. — In Fabricii B. G. T. VI. p. 43. II. ex Aristide quidam laudatur *Ephorus Larissaeus.* Sed qui Aristidem inspexerit T. III. p. 592 Cant. erroris caussam statim agnoscet. Aristides ut Ephori de Nili incremento opinionem convellat, aliarum terrarum opponit compartionem: — Καὶ τὰς μὲν ἄλλας παραλείπω· μία δ' ὦ Ζεῦ πρὸ πυλῶν εὐθὺς ἦν αὐτῷ τῆς πατρίδος· τὸ γὰρ περὶ Λάρισσαν πεδίον θάλατταν εἶναι τὸ παλαιὸν πολλὰ τεκμεριοῖ. Sed quis non noverit, in his rebus paullulum versatus, Larissam circa Cymen, vel e Strabone XIII. 922. Stephano Λαρίσσα —

phani Byzant. v. Κύμη, Procli ad Hesiod. Opp. et D. II. p. 142 Heins. Strabonis XII. 826 Alm. et disertius XIII. 924. ubi de Cyme illa: — ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆςδε τῆς πόλεως ἀναντιλέκτως ἐστὶν, Ἔφορος τῶν Ἰσοκράτους γνωριμῶν, τοῦ ῥήτορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων· καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής. — — Σκώπτεται δὲ καὶ ὁ Ἔφορος, διότι τῆς πατρίδος οὐκ ἔχων ἔργα φράζειν ἐν τῇ διαριθμήσει τῶν ἄλλων πράξεων οὐ μὴν οὐδ' ἂν ἀμνημόνευτον αὐτὴν εἶναι θέλων, οὕτως ἐπιφωνεῖ· Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κυμαῖοι τὰς ἡσυχίας ἦγον. De scriptura Κυμαῖος, quomodo semper Ephorus dicitur, conf. Tzschuck. ad Strab. T. V. p. 448. et Creuzer. ad Hecat p. 79. not. 56. Nam *Cymareus*, uti Ephorus apud *Penzelium* audit in *Bredovii* Epp. Paris. pag. 34. inauditum est vocabulum. Patrem igitur habuit *Demophilum*, aut, notante Suida, secundum Alios *Antiochum*. Demophilum fuisse et Plutarchus in vita Isocratis T. IV. p. 366 Wyttenb.

Αἰολίδος, περὶ Κύμην, Herodoto I. 148; Schol. Vict. ad Hom. Il. XVII. T. VII. p. 793 Heyn. aliis? Sed in istis Fabricii indicibus hoc errorum genus nimis est frequens. Vide sis eadem questum Valcken. ad Phoeniss. Eurip. Schol. p. 9 et 14. Nescio tamen, unde commentum suum hauserit *Le Nourry* in Dissert. de Tatiano Cap. II. §. 7. p. 195 ed. Oxon. a. 1700. 4. Ephori patrem *Democritum* appellans.

dicit, et ratio suadet, cum Ephori filio rursus Demophilo nomen fuerit (Suidas l. l. Athenaeus VI. p. 232. D.). Etenim in more positum esse veteribus videtur, ut in nepote avi nomen repeteretur. Sic Plato primum Aristocles appellabatur — ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος ὄνομα (Diog. Laert. L. III. p. 166 Meib.); sic Cephalus apud Platonem de Rep. L. I. p. 152. T. VI. Bip. ὁ μὲν γὰρ πάππος ait τε καὶ ὁμώνυμος ἐμοὶ — —. (Erat autem Lysias — υἱὸς Κεφάλου, τοῦ Λυσανίου, τοῦ Κεφάλου, Plutarchus Vit. Lys. init.) Cf. Diog. Laert. X. p. 603. cum adnot. Casaub. Plutarchus Vit. Hyperid. init. Suidas v. Ἑλλάνικος — υἱὸς Ἀνδρομένους οἱ δὲ Ἀριστομένους, οἱ δὲ Σκάμονος, οὗ ὁμώνυμον ἔσχεν υἱόν (Sturz. in Frgmm. p. 3. nil dijudicat; e nostra ratione posterior esset praeferendus. Jons. de S. H. P. I. 2. p. 12. Hellanici filium Scamonem eundem cum celebri εὑρημάτων auctore putat, de quo nos infra.). Euripidis Phoenissae vs. 776. p. 80 Valck. Plat. Laches T. V. p. 161 Bip. ubi Lysimachus: Ἐμὸς δὲ, ait, αὖ ὅδε (scil. υἱός ἐστι), παππῷον τε (sic lege) καὶ οὗτος ὄνομ' ἔχει. Adde antiquissimum exemplum in Homeri Il. V. 542. ibique *Heyn.* et *Sturz.* ad Empedocl. pag. 5. Caeterum de Ephori patre nil ultra compertum habemus, nisi filium ab eo fuisse *Isocratis* traditum disciplinae. Quae res ut est in Ephori vita summi momenti, ita pluribus a nobis exponatur necesse est. — Postquam extitit Isocrates, qui summam eloquentiae artem conjungeret cum perfecta orationum compositione,

quae numeroso verborum ambitu simul alliceret animum, simul varietate teneret, priorumque oratorum severitatem poetica quadam jucunditate temperaret, factum est, ut ii, qui aliquo modo in hac arte proficere cuperent, in ejus se doctrinam prorsus darent. Nec hi solum Athenienses fuerunt. Quum enim belli Peloponnesiaci, ut videtur, strepitu commotus, Athenis se Chium recepisset, undique qui eum audirent affluebant. In his *Theopompus*, et ipse Chius, *Cumanus*que *Ephorus*. Plutarchus Vit. Isocr. T. IV. pag. 354 Wyttenb. Σχολῆς δὲ ἡγεῖτο — — — πρῶτον ἐπὶ Χίου, μαθητὰς ἔχων ἐννέα κ. τ. λ. Sed Ephorus, quo erat lento sedatoque ingenio, se parum ad fori controversias judiciorumque aciem adplicabat. Eum igitur ἀπράκτως ex Isocratis schola egressum (nam male, ut ait *Seneca*, respondent coacta ingenia, reluctante natura irritus labor est), huic iterum commendabat pater. Plutarchus l. l. pag. 360: Τοῦ δὲ Κυμαίου Ἐφόρου ἀπράκτου [5]) τῆς

5) i. e. „absque profectu" Sic Thucyd. I. 111. ἀπεχώρησαν ἄπρακτοι al. Adhaesisse Ephoro nonnihil ejus ἀναισθησίας videtur, quam universe in *Cumanis* risere Graeci. Vid. Strabo XIII. pag. 924 Alm. pag. 451 Tzschuck. Stephanus v. Κύμη, et Aristides Or. Aeg. T. III. p. 587. — Isocrates ipse (Epist. IV. ad Philipp. pag. 729 edit. Lang.) discipulos suos hoc modo designat: Ἐμοὶ γὰρ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν συγγενομένων ἀνδρῶν, καὶ δόξας ἐνίων μεγάλας ἐχόντων, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων, οἱ μέν τι-

σχολῆς ἐξελθόντος καὶ πάλιν ὑπὸ τοῦ πατρὸς Δημοφίλου πεμφθέντος ἐπὶ δευτέρῳ μισθῷ, παίζων Δίφορον (V. L. Δίφρον, Διάφορον, illud recepisse Wytt. miror) αὐτὸν ἐκάλει. Ἐσπούδασε μέντοι ἱκανὸς (ἱκανῶς f.) περὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς χρείας αὐτὸς (f. αὐτῷ) ὑπεθήκατο. Eadem habet Hesychius v. Δίφορος T. I. pag. 1010 Alb. Fortasse pater eum oratorem voluit esse futurum, quem ad alia esse destinatum perspexit Isocrates. Seneca de Tranquillit. Animi cap. VI. „Considerandus est utrum natura tua agendis rebus, non otioso studio contemplationique aptior sit, et eo inclinandum, quo te vis ingenii defert. Isocrates *Ephorum* injecta manu a foro subduxit, utiliorem componendis monumentis historiarum ratus" [6]. Neque vero id Ephoro solum, sed Theopompo quoque accidisse putandum est, ut rebus forensibus impar, annalibus vero condendis par quam maxime

νες περὶ τὸν λόγον, οἱ δὲ περὶ τὸ διανοηθῆναι καὶ πρᾶξαι δεινοὶ γεγόνασι, οἱ δ' ἐπὶ μὲν τοῦ βίου σώφρονες καὶ χαρίεντες, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας χρήσεις καὶ διαγωγὰς ἀφυεῖς παντάπασιν — —.

6) Fortasse erravit Seneca Ephorum nominans pro Theopompo. Quomodo enim Isocrates Ephorum a primis rudimentis in ipsius disciplina versatum, a foro subduxerit? Sed de altero testatur Quintil. Inst. X. 1. 74: „Theopompus ut in historia praedictis (Herodoto, Thucydide) minor, ita oratori magis similis: *ut, qui antequam est ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator.*"

a magistro judicaretur. Cicero de Orat. II. 13. „Duo praestantes ingenio, *Theopompus* et *Ephorus*, ab Isocrate magistro impulsi se ad historiam contulerunt, causas nunquam attigerunt.“ Namque Ephorus mox expertus esse videtur illud quod in ore solitus est habere Isocrates: παιδείας τὴν ῥίζαν πικρὰν εἶναι, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς (Aphtonius Progymn. Sect. II.). Egregie huc facit locus *Menandri* Rhetoris (Διαιρεσ. Ἀποδεικτ. pag. 626 Ald. (a. 1508. fol.), ubi rhetorem docet quomodo laudare debeat aliquem multiplici praeconio — — Ἐρεῖς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ (vulg. τῶν τοιούτων), ὡς (e conjectura inserui) ὅτε ἅμιλλαι λόγων ἐν μουσίοις ἦσαν, ἐπῃνεῖτο παρὰ τῶν καθηγεμόνων τῶν ἁμίλλων (vulg. — — ἢ μᾶλλων), καὶ ὥςπερ Ἔφορος ἐστεφανοῦντο (f. —νοῦτο) καὶ Θεόπομπος, οἱ μαθηταὶ Ἰσοκράτους, ὡς διαφέροντες τῶν ἄλλων, (καὶ γὰρ Ἰσοκράτης ἀρετῆς προυτίθει τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀκροάτων κατὰ μῆνα στέφανον,) οὕτω καὶ οὗτον διαφέρειν ἐφαίνετο κ. τ. λ. 7) Elegisse Ephoro argumentum quoque historiarum Isocratem e Plutarcho vidimus. cui uberrimam lucem addunt bini Photii loci. Alter Biblioth. Cod. CCLX. pag. 1455: Γεγόνασι δ' αὐτοῦ ἀκροάται καὶ Ξενοφῶν

7) Et hic Menandri locus exemplo esse potest valde utilis sed corruptissimi libri; nam ubicunque oculum converteris ὄχλος ἐπιρρεῖ (ut cum Platone in Phaedro loquar) τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ τερατολόγων τινῶν φύσεων. Sic,

ὁ Γρύλλου, καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος, καὶ Ἔφορος ὁ Κυμαῖος οἷς καὶ ταῖς ἱστορικαῖς συγγραφαῖς προυτρέψατο χρήσασθαι, πρὸς τὴν ἑκάστου φύσιν ἀναλόγως καὶ τὰς ὑποθέσεις τῆς ἱστορίας αὐτοῖς διανειμάμενος. Sed multo magis alter, Bibl. Cod. CLXXVI. p. 204: — φασὶ δὲ αὐτόν (Theopompum) τε καὶ Ἔφορον Ἰσοκράτους γενέσθαι μαθητάς. δῆλον δὲ τοῦτο ποιοῦσι καὶ οἱ λόγοι· πολὺ γὰρ ἐν τοῖς Θεοπόμπου ἡ κατὰ μίμησιν ἰδέα τῶν παρ' Ἰσοκράτει, εἰ καὶ λείπεται τῆς κατὰ τὴν ἐργασίαν ἀκριβείας· καὶ τὰς ἱστορικὰς δὲ ὑποθέσεις τὸν διδάσκοντα αὐτοῖς προβαλεῖν. τὰς μὲν ἄνω τῶν χρόνων Ἐφόρῳ, Θεοπόμπῳ δὲ τὰς μετὰ Θουκυδίδην Ἑλληνικὰς, πρὸς τὴν ἑκατέρου φύσιν καὶ τὸ ἔργον ἁρμοσάμενον· διὸ καὶ τὰ προοίμια αὐτοῖς τῶν ἱστοριῶν τῇ τε διανοίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐστὶν ὁμοιώτατα, ὡς ἂν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀφετηρίας ἐκδραμόντων πρὸς τὸ στάδιον τῆς ἱστορίας. Prudenter Isocrates, quid cujusque ingenio accommodatum esset, elegit. *Ephoro* ut qui placidis moribus compositaque mente esset, res tradidit priorum aetatum, quibus si quis animam adjiciat, sui temporis obliviscatur,

ut unum quod statim sub aspectum cadit, addam, p. 622 legitur: Φιλοστράτου τούτου ἡρωϊκῶς καὶ τὰς εἰκόνας γράψαντος pro τοῦ τὰ Ἡρωϊκὰ seq. Heroica quae nuper cum egregio commentario edidit Boissonade; ut alia mittam. In praesens cf. Fabric. B. Gr. T. VI. pag. 105. Harl. Heerenii editione nunc cummaxime careo.

seque totum in eas immergat necesse est. *Theopompo* acri illi et impetuoso res suae ipsius aetati propiores, quibus enarrandis animum suum strenuum, voluntatesque in extrema quaeque tendentes exercere posset quam opportunissime. Haec ingeniorum diversitas bene exprimitur Suidae loco s. v. Ἔφορος (quem e Polybio desumptum esse sagaciter suspicatus est Kusterus [8]), qui sic habet: Ἔφορος Κυμαῖος καὶ Θεόπομπος Δαμασιστράτου, Χῖος, ἄμφω Ἰσοκράτους μαθηταί· ἀπ' ἐναντίων τό τε ἦθος καὶ τοὺς λόγους ὁρμώμενοι (Kuster. vult ἀπ' ἐναντ. ἠθῶν ἐς τοὺς λόγους ὁρμ.). Ὁ μὲν γὰρ Ἔφορος ἦν τὸ ἦθος ἁπλοῦς, τὴν δὲ ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος καὶ νωθρὸς [9]) καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτασιν. Ὁ δὲ Θεόπομπος τό ἦθος πικρὸς καὶ κακοήθης, τῇ δὲ φράσει πολὺς καὶ συνεχὴς καὶ φορᾶς μεστὸς, φιλαλήθης (δ') ἐν οἷς ἔγρα-

8) Et quidem, ut mihi videtur, e L. XII, 23, ubi illa ipsa pars in Excerptis Vales. qua Polybii de *Ephoro* judicium continebatur, deficit. V. Reiskii et Schweigh. Adnott. Vol. VIII. p. 111.

9) De voce ὕπτιος vid. infra. De altera voce νωθρός insignis exstat Platonis locus, Theaet. p. 289. Heind. qui ipse quodammodo ad Ephorum potest transferri: memorantur ibi: ἐμβριθέστεροι, qui νωθροί πως ἀπαντῶσι πρὸς τὰς μαθήσεις seq. — verba, quae antecedunt, paullo asperiora sic lenierim: τὸν γὰρ εὐμαθῆ ὄντα, ὡς ἄλλως χαλεπόν — — nisi Heindorfiana ratio placet.

ψεν. Ὁ γοῦν Ἰσοκράτης τὸν μὲν ἔφη χαλινοῦ δεῖσθαι τὸν δὲ Ἔφορον κέντρου. Ad haec illustranda cum primis facit Cicero de Orat. III. 9: „Etenim videmus ex eodem quasi ludo summorum in suo cujusque genere artificum et magistrorum exiisse discipulos, dissimiles inter se, attamen laudandos, quum ad cujusque naturam institutio doctoris accommodaretur. Cujus est vel maxime insigne illud exemplum (ut ceteras artes omittamus) quod dicebat Isocrates, doctor singularis, *se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere.*" Cf. Cicer. Brut. cap. 56. Quintil. Inst. Or. II, 9, 11. p. 82. et X, 1, 74. p. 500 Gessn. Vossii H. G. I, 7, p. 66, Amst. Bayl. Dict. v. Theopompe. * Verum de reliquae Ephori vitae vicibus nuspiam ullius veteris scriptoris testimonium eruere potui, nisi Plutarchum excipias, de Stoic. Repugn. cap. 20. (T. V. p. 552 Wytt.) qui Ephorum dicit convictum cum Alexandro repudiasse. Ex hoc loco, ut celebre exstitisse tunc temporis Ephori nomen jure aliquis colligere possit, ita, cum tam nude et solitarie ex ejus extrema vita supersit, nil amplius tentaverim. Quid igitur, si dicamus, eum plurimum aetatis spatium consumsisse in obeundis terris, quas descripturus erat?

* In: Voyage du jeune Anacharsis T. VI. pag. 77. Ephorus dicitur lent et *incapable de penibles recherches*, quod uti reliqua, lepido colloquii integumento, de Ephoro ibi et Theopompo dicta, vera partim, partim falsa continet.

Polybii, Posidonii, Strabonis, ipsius tandem Theopompi instar (cf. *Perizon.* animadv. hist. I. p. 6. *Bake* in Posidon. Rell. p. 249.). Certe in perquirendis usquequaque memoriarum remotissimarum monumentis (ὅσαι διεσώζοντο παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις μνήμασι, κατὰ ἔθνη τε καὶ κατὰ πόλεις, εἴτ' ἐν ἱεροῖς εἴτ' ἐν βεβήλοις ἀποκειμέναι γραφαί. Dionys. Halicarn. Judic. de Thuc. p. 138.) excutiendis omnium et Graecorum et barbarorum antiquitatibus, eum maximam studii temporisque partem collocasse, vel ex librorum, quos conscripsit, reliquiis intelligitur [10]). Restat adhuc, ut Ephori aetatem itemque tempus, quo vitam perduxerit, diligentius designemus; quod, ne rerum series turbaretur, ad hunc postremum locum reposuimus.

Dicit Suidas (loco initio laudato) — ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἐννεακοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὡς καὶ πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας εἶναι τοῦ Μακεδόνος. Eodem modo voce Θεόπομπος, — γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους τῆς Ἀναρχίας Ἀθηναίων ἐπὶ τῆς ἐννεακοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὅτε καὶ Ἔφορος. Jam liceat nobis illud ἦν et hoc γεγονὼς accipere pro: *natus*. (Quemadmodum in eodem Suida ad con-

10) Non tam incerti haereremus, si superstiti esse licuisset *Hermippi* libro περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, de quo vid. Meurs. Lectt. Att. V. 21. Cujus viri eruditi librorum jactura et in reliqua Historia Philosopha maxime dolenda est. Cf. *Luzacii* Lectt. Att. p. 148. not. 16.

stituendam Pherecydis Lerii aetatem fecit Sturzius in Fragmm. p. 62. not. 6; et Xanthi Lydii Creuzerus Fragmm. p. 137.) Ejus igitur natale tempus cadat in Olymp. XCIII. Sed quis annus? Ad hunc definiendum valet alterum illud κατὰ τοὺς χρόνους τῆς Ἀναρχίας Ἀθηναίων. Nam Diodoro teste Lib. XIV. 3. — Ἀναρχίας οὔσης Ἀθήνησι, διὰ τὴν κατάλυσιν τῆς ἡγεμονίας, ἔτος μὲν ἦν ὀγδοηκοστὸν πρὸς τοῖς ἑπτακοσίοις μετὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν· — — ἤχθη δὲ Ὀλυμπιὰς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν τετάρτη πρὸς ταῖς ἐννενήκοντα [11]). Sed dicas (et dixit Wessel. ad Diod. T. I. p. 640. perstricto ob nostrum ipsum locum Suida), Anarchiae Suidas Olymp. 93, Diodorus Ol. 94 tribuit; uter recte? Diodoro et Xenophon et alii calculum addunt (vid. *Corsini* Fast. Att. T. III. p. 263.), et suadet temporum ratio. Neque vero Suidam prorsus προχρονισμοῦ damnarim. Nam extrema fere anni 4 Ol. XCIII parte, quum Athenienses a Lysandro obsessi Theramenem ad illum misissent, isque demum quarto post mense Athenas rediisset, futuraeque pacis spem fecisset, Lysander ipse, Pi-

11) Falsus igitur Scaliger est in Ἱστοριῶν Συναγωγῇ p. 323. sub Olymp. XCIII. 1: Θεόπομπος — ἐγνωρίζετο. Saltem debebat: ἐγεννήθη. Sed ne hoc quidem recte. Contra in Photii verbis, Bibl. Cod. CLXXVI. p. 392, quibus XLV annos natus Theopompus fuisse perhibetur cum ab Alexandro patriae restitueretur, vitium inesse suspicor.

raeum appellans, Athenas in ditionem, 16 Munychionis die accepit. Itaque mox ineunte anno primo Ol. XCIV. triginta Tyranni a Lysandro constituti sunt. (Xenoph. Hellen. II. 3. *Corsini* l. l. pag. 264. *Taylor* in Vita Lysiae T. VI. p. 129 et 138 Reisk. *Fr. Aug. Wolf.* in Prolegg. ad Demosthenis Leptineam p. CXXVIII.) Ut hoc modo Atheniensium anarchia jam exeunte Ol. XCIII. inceperit. Quodsi igitur Ephorus et Theopompus intra hoc spatium in lucem sunt editi, non est cur Suidam reprehendamus. Faciamus ergo Ephorum Olympiadis XCIII. anno quarto natum. Eum vero historiarum libros finiisse Olymp. CIX. 4. Diodorus prodidit XVI, 76. Quid igitur, quum ex eodem Diodoro (XVI. 14. coll. Athen. VI. p. 232. D.) Ephorum posteriorem annalium partem imperfectam, filio absolvendam reliquisse lucide appareat, si a persolvendo opere morte occupatum eum dicamus, ut aetatis annum sexagesimum quartum, satis sane provectum, impleverit, nonne veri quandam speciem haberet haec suspicio? Eam quo minus veram putem bini impediunt veterum loci. Alter Plutarchi de Stoic. Repugn. cap. 20, qui sic habet: Καλλισθένει τινὲς ἐγκαλοῦσιν, ὅτι πρὸς Ἀλέξανδρον ἔπλευσεν, ἐλπίζων ἀναστήσειν Ὄλυνθον, ὡς Στάγειρα Ἀριστοτέλης· Ἔφορον δὲ καὶ Ξενοκράτην καὶ Μενέδημον ἐπαινοῦσι, παραιτησαμένους τὸν Ἀλέξανδρον. Dubitanter *Jonsius* (de Script. H. P. I. 9.) anne noster sit Ephorus intelligendus scribit. Sed nullum eo tempore alicujus nominis Ephorum novimus, neque illud quod est

cum *Callisthene* compositus nos sinit dubitare, cum uterque saepenumero conjungantur. Diodor. IV. 1. Ἔφορος ὁμοίως δὲ τούτῳ Καλλισθένης καὶ Θεόπομπος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες. Cf. XVI. 14. Polyb. VI. 45. XII. 22, 23. Euseb. P. E. IX. 13. al. Callisthenem vero constat et Aristotele jubente esse Alexandri signa secutum, ab eoque, ira impotente, misere interemptum, vid. *St. Croix* Examen Crit. p. 35 seq. et 356 seq. Xenocratis et Menedemi aetas in summa controversia est, ut inde aliquid effici nequeat. Quando igitur Ephorum ab Alexandro arcessitum asseramus, priusquam ille in Asiam transmitteret, quod factum constat Olymp. CXI. 3, cumque aut animi magnitudine, aut senilis aetatis infirmitate, oblatum honorem recusasse, forte circa haec tempora mortuum eum esse recte colligatur, ut plus minus septuagenario diem obierit. Quid vero tunc Alexandrino Clementi faciamus, qui (Strom. I. p. 403 Pott.), postquam Heraclidarum reditum designasset, — ἀπὸ τούτου, pergit, ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, (Κτεσικλῆ habet Diod. XVII. 17. Quam diversitatem bene conciliat Wessel. T. II. p. 172. neglexit Corsini Fast. Att. T. III. p. 41.) ἐφ' οὗ φασιν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας ἔτη ἑπτακοσία δεκαπέντε, ὡς δὲ Ἔφορος ἑπτακοσία τριακονταπέντε. Quomodo Alexandri διάβασιν designare potuerit Ephorus, quem Ol. CIX. 4. scribere desiisse, haud vanus auctor est Diodorus? Bougainville in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XXIX. p. 77. rem expediri putat, Cle-

mentem dicendo conturbasse „la continuation de *Diyllus* qui finissoit au regne de ce conquerant, avec l'ouvrage même d'Ephorus.“ Sed hanc rationem si ineamus, eadem difficultas recurrit. Diodorus XVI. 14. (cum Wesselingii animadversione T. II. p. 92. coll. Heyn. de Fontt. Diod. pag. 79. T. I. Bip. Plutarchus de Malign. Herod. cap. 26. Δίϋλλος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ) — Δίϋλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως κ. τ. λ. Idem XVI. 76. — Δίϋλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος τῆς δευτέρας συντάξεως ἀρχὴν πεποίηται τῆς Ἐφόρου ἱστορίαν τὴν τελευτὴν, καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις συνείρει τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων, μεχρὶ τῆς Φιλίππου τελευτῆς. Philippus obtruncatus est Ol. CXI. 1. Quo igitur modo Diyllus, qui hoc anno finiit, res exposuerit posterorum annorum? Equidem binas explicandi Clementis rationes video, nisi, quod magis placet, aut turbatum esse locum, aut ipsum memoria falsum dicendum erit. Potuit Ephorus perductum ad finem opus denuo recensere, illamque temporis notationem, quam in auspicanda primum historia apponere nequibat, in novo fortasse quod postea addidit aut prooemio (uti a Thucydide factum scimus), aut epimetro memoriae mandare; utpote cui illud temporis punctum, quo Alexander Asiam trajecit, insigne παράπηγμα videretur numerandis periodorum vicibus ab Heraclidarum reditu, quo incepit, ad sua tempora, quamvis ipsius historiae non usque eo excurrerent. Potuit etiam Clemens numeratis ab Ephoro annis ad

Perinthi obsidionem, facili computatione septem annos ad Archontem Euaenetum de suo addere, totumque numerum ut Ephori venditare. Attamen neutra interpretatio eam ob causam satisfacit, quia omnino illa quam Clemens refert, annorum ratio, non convenit cum Ephori computo, id quod Capite IV. demonstrabimus. Sed hoc cuicuimodo sit („Cura non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret: nunc famae rerum standum est, ubi certam derogat vetustas fidem,“) illud tandem negari vix potest, ad Alexandri imperium proxime accessisse Ephori aetatem, ut eadem proinde frueretur vitae diuturnitate, qua Isocrates magister et Theopompus aequalis. Quorum alter nonaginta novem saltem annorum senex vita concessit, alter idem vitae stadium si non explevit, proxime certe attigit.

CAPUT II.

De Ephori Scriptis.

E pluribus, quibus *Ephorus* inclaruit, ingenii monumentis, nulli temporum pepercit injuria; paucorum aut brevis notitia, aut disjecta membra, ad nostram usque cognitionem pervenerunt. Quorum recensione, non est quod aliud quam magnum *Historiarum* opus primum locum obtineat, ut quod praecipue auctori summam nominis celebritatem conciliasset.

I. *Libri Historiarum.*

Suidas: Ἔγραψεν ἀπὸ τῆς Ἰλίου πορθήσεως καὶ τῶν Τρωϊκῶν, μεχρὶ τῶν αὐτοῦ χρόνων βιβλία λ'. Accuratius Diodorus Sic. XVI. 76. (coll. IV. 1.): Ἔφορος μὲν ὁ Κυμαῖος τὴν ἱστορίαν ἐνθάδε κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν· περιείληφε δὲ τῇ γραφῇ πράξεις τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου· χρόνον δὲ περιέλαβε σχεδὸν ἐτῶν ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα, καὶ βίβλους γέγραφε τριάκοντα, προοίμιον ἑκάστῃ προθείς. Quod Epho-

rum Suidas ab Iliacis temporibus, Diodorus ab Heraclidarum reditu Historias auspicatum tradunt, hanc discordiam capite IV. componere instituam; illud vero nunc explorari oportet, quae operis ratio, forma, dispositioque fuerit. Triginta libris constitit, prooemio singulis praemisso, ut refert Diodorus, quocum consentiunt *Photius* Bibl. Cod. 176, *Polybius* IV. 2. qui universum opus (τὴν ὅλην πραγματείαν) praefatione fuisse conspicuum prodit. Eos deinde libros, qui singularem rerum ambitum complecterentur, suis fuisse nominibus insignitos, suspicari licet. Certe quod occurrit quarti libri nomen peculiare, (Strabo L. VII. p. 463 Almel. Ἔφορος ἐν τῇ τετάρτῃ μὲν τῆς ἱστορίας, Εὐρώπῃ δ' ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ seqq. coll. L. I. pag. 59. et Etymolog. Magn. p. 367 Sylb.) itemque quod *Diodorus*, tenax Ephori aemulus, Bibliothecae suae Historicae libro quinto inscripsit (Diod. V. 2. ταύτην τὴν βίβλιον ἐπιγράφοντες Νησιωτικήν· cf. H. Stephani Tractatus de Diod. Sic in T. I. ed. Amst.) ad hanc conjecturam nos ducere possunt. Illud eo opportunius fieri ab Ephoro poterat, quoniam ἑκάστην τῶν βίβλων πεποίηκε κατὰ γένος περιέχειν τὰς πράξεις (Diod. V. 1.), hoc est: singulos libros certam quandam rerum complexionem, genere et argumento suo distinctam, continere jussit; non ut *Bougainville* in Mém. de l'Acad. etc. T. XXIX. pag. 76: „Ephore avoit distribué son ouvrage en différens livres, dans chacun il traitoit séparement l'histoire *de chaque citée.*" Pensiculatius paullulum Diodorum verterunt et *Strothius*,

et *Heynius* de Fontt. Diodori p. 79 Bip. „Libros secundum populorum historias, adeoque *per distinctas operis partes* dispescuit.“ 12) Nostram vero ut comprobemus interpretationem, consultissimum videtur, totius operis delinationem quandam et σκιαγράφημα ob oculos ponere, unde quoad ex fragmentis fieri possit, quae auctoris fuerit mens, quodve consilium, maxime comparebit. Sic, ut hoc utar, confracti speculi collectas reliquias, si quis compagibus suis inter se convinciat, distorta

12) Nec aliter fecisse Ephorum, et ea quae sequuntur *Diodori* verba significant (V. 1.): — Διόπερ καὶ ἡμεῖς τοῦτο τὸ γένος τοῦ χειρισμοῦ προκρίναντες, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀντεχόμεθα ταύτης τῆς προαιρέσεως. Hunc enim, eo quo diximus, narrationis genere esse usum, apparet. Cf. *J. Eyring*. Dissert. de Oeconomia Hist. Diodori T. I. et IV. editionis Bipontinae praemissa. Hoc modo Ephorus longiores illas digressiones (παρεκβάσεις, παρέκτροπα, παρενθήκας, ἐκβολάς) evitasse putandus est, quas in *Herodoto* et *Theopompo* Critici veteres notarunt. Vid. *Marcellinus* Vit. Thucyd. T. I. p. XXIV Bip. *Photius* Bibl. Cod. LX et CLXXVI. *Valcken.* ad Herod. p. 356. (Quamvis in Herodoto admirabilis est quaedam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia nexa et omnes inter se aptae colligataeque videantur.) Inde *Wachlerus* libro nuper edito (Geschichte der Historischen Forschung und Kunst T. I. Sect. I. pag. 14.): „Der vielumfassende *methodische Ephorus.*“ Cujus equidem Viri judicium permagni facio.

quamvis et imperfecta, sed tamen imago inspicienti subnascetur. — *Primo Libro* Heraclidarum enarravit reditum (κάθοδον), et, quae inde summa enata est, rerum in Peloponneso cummutationem. Tum reliquae Graeciae (Ἑλλάδος) memoriam *Libro secundo*, coloniarum inde in Asiam profectionem *Libro tertio* exposuit, et eousque narrationem his ternis libris persecutus est, donec Graeciae Asiaeqae civitates placidum statum recuperarent; paucis, ut nobis videtur, annis ante *Medici belli* initia et motus. Qua veluti historica προκατασκευῇ praemissa, terras in quibus posteriorum aetatum res potissime agebantur, suis singulas partibus descripsit: *Libro quarto* Europam, *Libro quinto* Asiam et Africam. Quid vero *Liber sextus* continuerit, expiscari vix possum. Nam cum ea cogito quae *Is. Tzetzes* scripsit ad Lycophron. Cass. vs. 148. (coll. Joh. Tzetz. Chil. XII. 260. Diod. Sic. I. p. 13 Wess.), Lycophronem eandem rationem iniisse in obeundis terris — ὥςπερ Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς καὶ Διόδωρος ποιεῖ, ἀπὸ τῶν Βαρβαρικῶν πρῶτον κατὰ περιδρομὴν ἀρξάμενοι γράφειν, ἐν δὲ τοῖς Ἑλληνικοῖς ὕστερον τὴν ἱστορίαν πλατύνοντες, continuo libros Geographicos *barbarae* cujusdam gentis historiam debere sequi, in animum induco. Sed ecce, quotquot libri sexti fragmenta occurrunt, ad Peloponnesi, Arcadiae inprimis, res pertinent. Quae pauciora cum sint, quam ut probabili locum praebeant sententiae, cujuslibet judicio in medio relinquam. Poterat Ephorus hoc libro *Pelasgorum* i. e.

Barbarorum res tractare, quos (uti L. IV. videbimus) *Arcadia* oriundos tradiderat. — *Liber septimus* antiquissimas Siciliae, id est barbaras memorias complexus est. Namque Cocalus, qui ex eo laudatur, Sicanorum rex, longe ante Graecorum adventum, post extinctos Cyclopes, regnum insulae occupaverat (Justin. IV. 2.). Forte his adjuncta erant quae de Italiae originibus, insularumque adjacentium, tradita acceperat Ephorus. — *Liber octavus* populorum qui Asiae deinceps imperium tenebant, vices continuisse videtur; Assyriorum, Lydorum, Persarum ad Darium usque. Cujus quae servatae sunt reliquiae, Croesi maxime res spectant. *Liber nonus* Amazonum, Scytharum, quaeve Pontum borealesque illas terras incoluerint, gentium primordia, vicissitudines, migrationes comprehendit, unde per Thraciae Thessaliaeque populos reditus factus est ad Graeciae res. Tum demum ad id temporis devenisse *Ephorum* liquet, quo totius terrarum orbis res gestas, ut graecus scriptor, vergere putaverit: ad Persici belli causas atque casus. Cujus initia *Libro decimo*, reliqua fata resque gestas, sicuti, a quo continuo exceptum est, Peloponnesiaci belli varia discrimina, vix ullibi interrupta serie, ad Philippi adeoque suam usque aetatem prolixiori scriptione per XX libros continuavit. (Quod L. XI. de Nili incremento disseruit, id forte fecit oblata occasione Aegyptiorum defectionis, quam statim post pugnam Marathoniam accidisse auctor est Herodotus VII. 1.) Sed quoniam discreta posteriorum librorum ar-

gumenta, latentibus indiciis aut turbatis, assequi nunc divinatione vix possumus, ut eorum fragmentis ordo quidam constaret, temporum, qua disponerentur, rationem adscivimus; quamvis hoc pacto illud fere obducatur necesse est, quod in Ephoro laudat Diodorus V. 1. — Οὐ μόνον κατὰ τὴν λέξιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἐπιτέτευχε. Nam ille, cum certum rerum gestarum genus singulis libris inclusisset, hoc consecutus est, ut quivis liber haberet integritatem quandam; in nostra vero collectione temporum serie colligata fragmenta jugiter se excipiunt.

Tricesimi tandem *libri* partem, qua bellum sacrum enarrandum erat, non ipse Ephorus, sed ejus filius *Demophilus* contexuit. Diodorus XVI. 14. ad Olymp. CV. 3. Τῶν δὲ συγγραφέων Δημόφιλος μὲν ὁ Ἐφόρου τοῦ ἱστοριογράφου υἱὸς, τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὀνομασθέντα δὲ ἱερὸν συντεταγμένος, ἐντεῦθεν ἦρκται ἀπὸ τῆς καταλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ, καὶ τῆς συλήσεως τοῦ μαντείου ὑπὸ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως· ἐγένετο δὲ ὁ πόλεμος οὗτος ἔτη ἕνδεκα, ἕως τῆς φθορᾶς τῶν διανειμαμένων τὰ ἱερὰ χρήματα. Non de controversia in constituendis hujus belli annis ago (v. Wesseling. ad Diod. T. II. p. 99.), *Jonsium* qui de ea egit (de S. H. P. I. 9.) non possum non mirari, qui laudato Diodori loco, sic scripserit: „Brevi autem post finitum bellum sacrum, Olympiade CIX. historiam suam Ephorus necdum absolutam filio tradidit pertexendam.“ Non pertexendam sed explendam dixerim, nam continuo

post belli finem Ol. CVIII. 3. relictum filum ipse excepit, et usque ad Perinthi obsidionem pertexuit (Diod. XVI. 77.); nec ejus tunc historias Demophilus continuavit, sed Diyllus. Prudenter, ut solet in his rebus, Athenaeus VI. p. 232: Ἔφορος ἢ Δημόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν, περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ κ. τ. λ. Singulares fortasse causae, ex illorum temporum rerumque publicarum rationibus profectae, permovere Ephorum poterant, quominus ipse hanc historiarum particulam absolveret, filioque describendam relinqueret. Hic *Demophilus* forte idem est ille, qui, teste Phavorino apud Diog. L. V. 5. et Athen. XV. 609. B., Aristotelem ἀσεβείας accusavit. Id minime a vero abhorrere videbitur cogitanti quam mutuis inimicitiis Aristoteles et Isocrates, *eorumque discipuli* sese insectati sint. Conf. *Luzacii* Lectt. Att. II. v. p. 117 seqq.

II. *Libri inventorum.*

Suidas Ephorum Εὑρημάτων βιβλία β′ scripsisse ait, quod firmatur ab *Athenaeo*, qui L. VIII. 352. B. Ephorum laudat ἐν δευτέρῳ περὶ Εὑρημάτων. Meminit et Strabo X. p. 924 Alm. Ἔφορος ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας, καὶ τὰ περὶ τῶν Εὑρημάτων. Quae alibi horum librorum reliquiae obviae venere, eas suo loco disposuimus. Post haec, quis adhuc anne Ephorus noster verus Εὑρημάτων auctor sit, cum *Casaubono* dubitet (Animadvv. ad Athen. IV. 182. C. cap. XXV.)? Qui deceptus sui scriptoris corrupta lectione (Εὔφορος

pro Ἔφορος; germanam scripturam *Schweighaeuserus* constanter in Codd. suis invenit, Animadverss. T. II. pag. 665.) „*Euphorus*, dicit, qui scripsit de priorum inventis, sit ne *Ephorus* Historicus, an alius, nondum constitui.“ Nec sibi ab eodem errore cavit *Vossius* de H. G. Lib. III. p. 174 ed. Amst., aut qui hunc secutus est *Menagius* ad Diogen. Laert. I. 40. Res extra omnem dubitationis aleam posita est a nobis Cap. I, ubi de nomine hujus scriptoris egimus; et cum *Reinesio* (Varr. Lectt. II. p. 167.) dicere lubeat: „videndum ne *Entia* praeter necessitatem multiplicentur.“ De reliquis Εὑρημάτων scriptoribus, qui celebrem in antiquis monumentis locum obtinent, cf. Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 150 Harl. Jonsius de S. H. P. I. 2 et 12. Ex recentioribus simile argumentum tractaverunt *Polydorus* Vergilius, *Alexander* Sardus, *Beckmannus*, alii.

III. Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν βιβλία κδʹ.

Horum XXIV librorum de Bonis et Malis nullibi mentio exstat vel vestigium. Nisi huc pertinere conjectare liceat Harpocrationis locum v. Ἁρμοσταὶ, ubi laudatur Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν.

IV. Παραδόξων τῶν ἑκασταχοῦ βιβλία ιεʹ.

Rerum admirabilium quae in quavis regione visuntur, Libri XV. Temere, credo, haec commentaria *Ephoro* tribuit Suidas. Qui enim fieri potuerit, ut cum multorum, qui in simili argumento elaborarunt, vel integra opera, vel aliquot saltem

loci servarentur, tanti scriptoris tam prolixi operis nullus, excepto Suida vel levissimam mentionem injiceret? Sexcenties *Theopompi* τὰ θαυμάσια καὶ παράδοξα (quae vero non *separatim*, ut plurimi putarunt, sed aliqua historiarum parte tractaverat, vid. *Apollonii* Hist. Commentit. Cap. I: ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐπιτρέχων τὰ κατὰ τόπους θαυμάσια. *Ukert* in Ephemerid. Geograph. T. XLI. P. 2. 1813 Jun.) cum aliis tum iis laudantur, quorum *de rebus admirabilibus* commentaria *J. Meursius* edidit; sic etiam reliqui, quorum nomina habes apud *Jonsium* II. 12. et *Heynium* Opusc. Academ. I. p. 107. — nunquam Ephorus. Ut dicam, quae mea sit conjectura, excerpsisse curiosus nescio quis ea sibi ex *Ephori Historiis* videtur, quae ad argumentum illud maxime facerent, fortasse Ephori nomen collectionis titulus prae se tulit, unde in promptu erat error. Ejusmodi consilii plane fuit *Nicolai* Damasc. Παραδόξων ἐθῶν συναγωγή (vid. *Orelli*, in Praefat. ad Supplem. Nicol. p. XII.); quem uti alibi ita hic Ephori vestigia presse secutum esse, multis exemplis possum comprobare.

V. Σύνταγμα Ἐπιχώριον.

Hic liber a *Plutarcho* advocatur, de Vit. Hom. I. 2. ubi luculentum Ephori locum affert, quo Homerum Cumis fuisse oriundum, ostendere conatus sit (ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐπιχωρίῳ); *Charonis* instar Lampsaceni, qui item de rebus patriis librum condiderat. Vid. ejus Fragmm. pag. 108. Ex *Heynii* sententia, Excurs. III. ad Iliad. Ω

(T. VIII. p. 323.), plurima pars, et Vitae Homeri, quae Herodoti nomen falso profitetur, et aliorum de Homeri genere, fortunis, erroribus, antiquitus narratorum, *Ephori* esset auctoritati assignanda. Quae sententia, ubi ad fragmenta devenerimus, diligentius excutienda erit.

VI. Περὶ λέξεως — De dictione.

Ex hoc libello insigne fragmentum acceptum referimus *Theoni*, Progymn. pag. 19 Basil. (non Straboni, ut habet Fabricius B. G. T. VI. p. 129.), quo et Ciceronis locum, Orat. 17. et Quintiliani IX. 4, 87, quid sibi velit, et quo pertineat, primi videmur commonstrasse. Fuere et alii eo tempore, qui περὶ λέξεως commentarentur: *Theophrastus* (teste Diogene L. V. 7. Dionys. H. Vit. Lys. pag. 129 Tayl. Fabric. B. G. T. III. pag. 451 Harl.), *Antisthenes* (Diog. VI. 15.); postea, *Antigonus* Carystius (vid. Meurs. nott. p. 143.), *Posidonius*, e cujus libro περὶ λέξεως quae affert Diog. L. VII. 60. argumenti similitudine conjuncta sunt cum Ephori ratione. Conf. *Bake* ad Posidonii Reliqq. pag. 233.

VII. Dubia.

Cedrenus, Synops. Histor. T. I. pag. 11 Paris. recenset — συγγραφεῖς τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων, Μάνεθω, Βερόσσος, Ἡσίοδος, Ἑκαταῖος, Ἔφορος, ibidemque *Ephorum* nominat inter τοὺς τὰ Φοινικικὰ (sic correxit pro vulgato Φοινικά Sturzius ad Hellanic. Fr. p. 101.) συγγρα-

μένους. Quorum populorum historiam non peculiaribus scriptis, sed magno illo et universali opere contexuisse Ephorum crediderim. Namque mihi mos ille non probatur, quo veterum scriptorum, quorum libri periere, quot fere loci singuli afferuntur, tot extitisse scripta, multi judicarunt. Sic *G. Vossius* de H. G. I. 7. pag. 66. se in Harpocratione v. Αἶνος, legere dicit Ἔφορος ἐν τῇ τετάρτῃ περὶ Θρᾳκίων πολισμάτων, quasi E. singulares *de Thraciae civitatibus* composuisset libros, quas L. IV. Historiarum ab eo fuisse recensitas, Fragmentorum series quemque potest docere. (Cf. et Gronovius ad Harpocr. p. 47. qui receptam lectionem ἐν τετάρτῃ κ. τ. λ. recte defendit.) Eidem Vossio quum mirum esset visum, quod apud Suidam legitur v. Θεόπομπος, — γεγονὼς, ὅτε καὶ Ἔφορος Ἰσοκράτους ἀκουστής· ἅμα Ἐφόρῳ ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Ἡροδότου Ἱστοριῶν ἐν βιβλίοις β', duos scilicet summos viros tantillae rei simul operam dedisse; prava imposuit interpunctio, quam *Meursius* ad Apollon. Dyscol. Hist. Mirab. p. 106. sic constituit: — — — ἀκουστὴς ἅμα Ἐφόρῳ· ἔγραψεν κ. τ. λ. Quam correctionem (neglectam Kustero, Fabricio T. I. p. 127. coll. Harlesio T. II. p. 353.) approbavit *Ruhnkenius*, Histor. Crit. Or. p. 164 ed. Reisk. (Vol. VIII. Or. Gr.) *Jonsius* de S. H. P. I. 12. p. 67. *Ephorum* inter κτίσεων scriptores numerat, permotus loco Strabonis L. X. (p. 713 Alm.), qui tamen eum solummodo dicit, κάλλιστα ἐξηγεῖσθαι περὶ κτίσεων, συγγενειῶν, μεταναστάσεων κ. τ. λ. Nec *Harduinum*

curo, qui Ephorum dicit sigillatim de Nili incremento scripsisse, nec *Natalem Comitem*, qui de Ponderibus; cum Strabo, VIII. 577. et Theo, p. 12. haec ipsa Historiis vindicent. Restat anceps Harpocrationis locus v. Γεωφάνιον, ubi laudatur Ἔφορος περὶ Χωρίων, sed meum de eo judicium, donec in fragmentis occurrerit, differo.

CAPUT III.

De Ephori Scribendi Genere, Auctoritate, Fama.

§. 1.

Si quis de Ephori ingenio, virtutibus, vitiis recte velit judicium facere, is necesse est Isocrateae disciplinae, cui innutritus ille fuerat, viam praeceptaque in universum habeat cognita, quo quid scholae, quid ipsi homini tribuendum sit, quodammodo valeat discernere. Quae assertio, quum, quin cuivis probaretur vix dubium esset, si integrum ejus opus ad nos pervenisset, ita ex veterum testimoniis, fragmentisve adhuc superstitibus hodieque potest probabiliter defendi. Operis enim formam, habitum, ornatum luminaque orationis a magistro petiisse; argumenti ordinem, tractationem, judicium, apparatum denique omnem suo ingenio, suoque labore exhibuisse Ephorus putandus est. Ad exprimendam igitur Isocrateae orationis indolem, nescio quo veterum potius utamur atque doctissimo eodemque elegantissimo *Dionysio* Halicarn.

Vit. Isocr. T. II. p. 94 Sylb. — Ἡ δὲ λέξις ᾗ κέχρηται τοιοῦτόν τινα χαρακτῆρα ἔχει· καθαρὰ μέν ἐστιν, οὐχ ἧττον τῆς Λυσίου (v. Quintilian. XII. 10. 21.), καὶ οὐδὲν εἰκῆ τιθεῖσα ὄνομα· τὴν δὲ διάλεκτον ἀκριβοῦσα ἐν τοῖς πανὺ τὴν κοινὴν καὶ συνηθεστάτην, καὶ γὰρ αὐτὴ πέφευγεν ἀπηρχαιωμένων καὶ σημειωδῶν ὀνομάτων τὴν ἀπειροκαλίαν καὶ κέκραται συμμετρῶς κ. τ. λ. Hanc dictionis laudem affectasse Ephorus, partimque assecutus videtur. Nam Dionysius, cum in aureo libello de Composit. Verb. p. 26. (cap. 23. pag. 343 Schaef.) τὴν γλαφυρὰν et ἀνθηρὰν σύνθεσιν illustrasset, τουτονὶ τὸν χαρακτῆρα, inquit, ἔγωγε οὖν μάλιστα νομίζω ἐπεξεργάσασθαι τῶν μὲν ἐποποιῶν Ἡσίοδον, μελοποιῶν δὲ Σαπφὼ, καὶ μετὰ ταύτην Ἀνακρέοντα καὶ Σιμωνίδην, τραγῳδοποιῶν δὲ μόνον Εὐριπίδην· συγγραφέων δὲ, ἀκριβῶς μὲν οὐδένα, μᾶλλον δὲ τῶν πολλῶν Ἔφορόν τε καὶ Θεόπομπον, ῥητόρων τε Ἰσοκράτην. Dein Isocratis locum quendam exemplo affert. Cf. Epist. ad Pompejum T. II. p. 132. Vit. Isocr. p. 95. Cicero Orat. cap. 62. Idem cap. 51. „Omitto *Isocratem* discipulosque ejus *Ephorum* et Naucratem: quamquam *orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi, summique ipsi oratores*, esse debebant.“ Quid? quod Ephorus ita sese in dicendi arte exercuit, ut ipse de ea librum componeret, quemadmodum paullo antea docuimus. Cujus libri quae relicta est particula, orationis numeros modosque fuisse ab eo potissimum comprehensos, indicat; quod ipsum ad magistri

praecepta pertinet. „Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in ejus summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adjunxerit." Cicero Orat. 52. Sed cum Isocratis discipuli eum ubivis et usquequaque imitarentur [13]), non potuit non fieri ut etiam ejus vitia, habebat enim, exprimerent. Quae cum praeceptoris arte caeterisque ingenii luminibus ita contegerentur, ut a nullo nisi bene oculato, teretumque aurium judice animadverterentur, sic in imitatorum scriptionibus, illo delinimentorum genere destitutis, statim oculos offenderunt. Quo factum, ut quod in Isocrate τέχνη videbatur, v. g. in *Theopompo* περισσοτεχνία μᾶλλον δὲ κακοτεχνία videretur (Demetrius Περὶ Ἑρμην. §. 258.). Enim vero illud praecipue a veteribus Isocratis dictioni objiciebatur, quod nimis robore atque nervis careret, saepiusque verborum particularumque copia diffusa, marcesceret, et *resupina* quadam languesceret jejunitate. Qua de causa Dionysio (Vit. Isocr. p. 94.) vocatur ὕπτια καὶ κεχυμένη πλουσίως, itemque κατασκελὴς καὶ βραδυτέρα τοῦ μετρίου. Idem (in Dinarcho p. 115.)

13) Exemplo sit Demetrii Περὶ Ἑρμηνείας §. 68. ubi de vocalium concursu, — Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ· ad quem locum *J. F. Fischerus* in notis mscrr. quae penes *Cl. Creuzerum* sunt, adjecit: „οἱ ἀπ' αὐτοῦ, scil. *Theopompus et Ephorus.*" Cf. Pet. Victorii Commentar. p. 65. itemque fragmentum *Longini* ex Apsinis τεχν. ῥητορ. p. 196. cum Weiskii Obss. p. 537.

ejus imitatores (οἱ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες,) ὑπτίους dicit καὶ ψυχροὺς καὶ ἀσυστρόφους καὶ ἀναλθεῖς (posterius vocabulum, raro obvium, explicarunt Ruhnken. ad Longinum de Sublimit. Cap. III. Schaefer. ad Bucolic. pag. 231. Neglexit Ernest. sicuti et alterum ἀσύστροφος in Lexico Technol. Graec.). Hermogenes de Form. Orat. Lib. II. p. 364 Sturm. postquam Isocratis virtutes enumerasset, πλέον δὲ εἰ καὶ δυσχερὲς εἰπεῖν, τὸ ὕπτιόν τε καὶ ἀναβεβλημένον παρ' αὐτῷ καὶ ὅλως τε πρεσβυτικὸν καὶ διδασκαλικόν. Photius Bibl. Cod. LXI. p. 62. Isocrati tribuit σύνθεσιν ἄτονον i. e. enervam, coll. Cod. CLIX. pag. 330. [14]) Illud ὕπτιον dicendi genus *Ephoro* quoque adscribitur in Suidae loco v. Ἔφορος, quem Polybii esse cum Kustero supra conjecimus. Huic accedit *Dio* Chrysostomus Orat. XVIII περὶ λόγου, p. 256 Morell. — postquam de Thucydide et Theopompo — Ἔφορος δὲ πολλὴν μὲν ἱστορίαν παραδίδωσιν [15]) : τὸ δὲ ὕπτιον καὶ ἀνει-

14) Dionys. Halic. de Admir. Vi Demosth. p. 173 Sylb. quae alibi de Isocratis oratione disseruerat, breviter repetita exponit, eamque ὕπτιαν vocat, καὶ περιῤῥέουσαν τοῖς νοήμασιν, ὥσπερ εἰσὶν αἱ τῶν ἱστορικῶν. Sic Protagorae mythum apud Platonem *Philostratus* V. S. I. 494. ὑπτιάζοντα appellat. (Cf. Schleierm. ad Plat. I. I. p. 393.) Igitur Porphyrius apud Euseb. P. E. IX. 13. *Ephorum* et Theopompum ἀργοτέρους vocat.

15) Sic quoque Strabo L. X. p. 711 Alm. Ephori

μένον τῆς ἀπαγγελίας, σοι (viro politico, ad quem oratio scripta est) οὐκ ἐπιτήδειον. Iniquius judicat *Duris* Samius ap. Photium Cod. CLXXVI. p. 205. Ἔφορος δὲ καὶ Θεόπομπος τῶν προγενομένων πλεῖστον ἀπελείφθησαν· οὔτε γὰρ μιμήσεως μετέλαβον οὐδεμίας [16]), οὔτε ἡδονῆς ἐν τῷ φράσαι, αὐτοῦ δὲ τοῦ γράφειν μόνον ἐπεμελήθεσαν. Sed Duridem his ipsis multo inferiorem judicat doctus Pater, eumque Theopompi maxime invidia sic locutum, utpote cui irasceretur, praefanti: „se omnibus ante se historicis praestare et rerum scientia et hominum." Et Δοῦρις οὐδ' ὅπου μηδὲν αὐτῷ πρόςεστιν ἴδιον πάθος, εἰωθὼς κρατεῖν τὴν διήγησιν ἐπὶ τῆς ἀληθείας· Plutarch. Pericl. cap. XXVIII. Atque observari velim Duridem fuisse Aristotelicum hominem [17]). Neque etiam satis moderate Plutar-

laudat τὴν πολλὴν ἱστορίαν. Quamvis habeat vox ἀπαγγελία, adhibito et Dionis loco monstravit *Wesselingius* ad Diod. Sicul. IV. 1. pag. 246.

16) Hac μιμήσει ego eam narrationis artem intelligo, qua res gestae ad oculorum quodammodo sensum transferuntur. Sic v. g. Thucydidem Cicero (de Orat. II. 12.) dicit „in rebus bellicis etiam quodammodo canere bellicum." Hermogenes de Form. T. III. p. 348. Homero tribuit μίμησιν ἐναργῆ; p. 338 Herodotus ἤθη τε καὶ πάθη προςώπων εἴπερ τις ἄλλος κάλλιστα καὶ ποιητικώτατα μεμίμηται; p. 382 Xenophon μιμήσεσι τῶν προςώπων εὐδοκιμεῖ.

17) Quamvis illud temporis ratio non admittit,

chus, Πολιτ. Παραγγελμ. (T. IV. p. 224 Wyttenb.) — — Ἐπὶ δὲ τῶν Ἐφόρου καὶ Θεοπόμπου καὶ Ἀναξιμένους ῥητορειῶν καὶ περιόδων, ἃς περαίνουσιν ἐξοπλίσαντες τὰ στρατεύματα καὶ παρατάξαντες ἔστιν εἰπεῖν· „Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας." (Quis inter arma locus sit his ineptiis?) Processerat enim in solem et pulverem, non uti Thucydides, e militari tabernaculo, sed ut ex Isocratis, doctissimi hominis, umbraculis. Huc denique pertinent et *Timaei* verba, e prooemio libri sexti, apud Polybium Lib. XII. cap. 28. sub finem, ubi majore, dicit, ingenio, industria et apparatu indigere τὸ τῶν ἐπιδεικτικῶν λόγων γένος ἢ τὸ τῆς ἱστορίας· ταύτας δὲ τὰς δόξας πρότερον μὲν Ἐφόρῳ φησὶ προςπεσεῖν, οὐ δυνηθέντος δ' ἱκανῶς ἐκείνου πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας ἀπαντῆσαι, πειρᾶται συγκρίνειν αὐτὸς ἐκ παραβολῆς τὴν ἱστορίαν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις. Haec ob oculos habuit *St. Croix* (Examen crit. cet. p. 12.), ubi sic de nostro: — „Ephore eut une diction pure et assez élegante, mais *il aimoit trop les formes oratoires*, et manquoit d'élévation. — Il avoit mis beaucoup d'ordre et de méthode dans son ouvrage, dont on ne sauroit trop régretter la perte." Illud igitur e Polybii verbis manifestum fit, Ephorum instituisse nudae atque tenui rerum expositioni adjungere τὸ τῶν ἐπιδεικτικῶν λόγων

quod legitur in *Bekkeri* Anecdd. Graecc. T. I. p. 452. — Δοῦριν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ λέγειν — —. Cf. Bibl. Crit. Amst. P. VIII. p. 113.

γένος, quod in laudandis aut vituperandis hominibus positum est, ut definit *Cicero* de Orat. I. 31. qui idem et „*ornationis*“ vocat Partit. cap. III. cf. Quintil. III. v. 13. Schweigh. ad Polyb. T. VII. p. 138. Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhetor. p. 121. — Jam si quaeramus, quonam Ephorus usus sit sermone, quave dialecto, patriane, i. e. *Aeolica* (nam Cyme, a qua originem duxit, σχεδόν ἐστι μετρόπολις — — τῶν ἄλλων Αἰολικῶν πόλεων. Strabo L. XIII. p. 622 Cas.), an κοινῇ καὶ συνηθεστάτῃ, qua usum esse Isocratem constat; eum continuo in eorum numero reperimus, qui, ut *Cl. Bentlejus* (Dissert. upon the Epist. of Phalaris, Sect. XII. p. 317.) ait: „had great reason to de„cline the use of their vernacular Tongue, as im„proper for History, which besides the affectation „of Eloquence aims at Easiness and Perspicuity, „and is designed for general use.“ Cf. p. 330 et 400, ubi docemur Ephorum scripsisse Ἀττίδι τῇ νέᾳ, contra Thucydidem τῇ ἀρχαίᾳ, quod, quid valeat, vel ex *Hemsterhusii* notis ad Luciani libellum de Vocalium judicio perspici potest. Neque vero Ephorum se penitus insinuasse in Atticae dictionis proprietatem, neque nihil patrii idiomatis traxisse, jam veteres observasse videntur, qui in nominibus praecipue scribendis ejus peregrinitatem leviter perstrinxerunt. Exempla suppeditat *Stephanus* Byz. v. Σηστός — — λέγεται δὲ ἀρσενικῶς παρ' Ἐφόρῳ, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Σηστῷ φασιν. Idem v. Ἄβδηρα — — Ἔφορος καὶ τὴν πόλιν Ἄβδηρόν φησι — — cf. vv. Τύχη, Δατός

et quae suis quibusque locis notavimus. Caeterum fatendum nobis hoc est, Ephorum, licet multum studii et curae posuerit in comenda et condienda oratione, minus ab hac parte, quam ab ipso argumento famam et laudem sibi comparasse. Qua in sententia optimi quique consentiunt veterum Criticorum. *Hermogenes* de Formis Orat. T. III. p. 395 ed. Sturm., exposito clarissimorum historicorum genere dicendi, περὶ δὲ (pergit) Θεοπόμπου καὶ Ἐ φ ό ρ ο υ καὶ Ἑλλανίκου καὶ Φιλίστου καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις περιττὸν ἔδοξεν εἶναί μοι γράφειν. Cujus rei et hanc affert causam, — ὅτι ζήλου καὶ μιμήσεως τὰ εἴδη τῶν λόγων αὐτῶν οὐ πανύ τοι, μᾶλλον δὲ οὐδ' ὅλως, — ἠξίωται παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ τὰ τῶν ἄλλων [18]· οἷον Θουκυδίδου, Ἡροδότου, Ἑκαταίου, Ξενοφῶντος, τῶν λοιπῶν. Itemque *Dionysius* in Isaeo T. II. p. 111. qui, ubi Isocratis virtutes ordine retulisset, non opus esse dicit, ut sic referret περὶ τῶν συμβιωσάντων Ἰσοκράτει καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς Ἑρμηνείας ἐκείνου ἐκμιμησαμένων, (tum et alios et *Ephorum* nominat) — οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι κρίνεσθαι πρὸς τὴν Ἰσοκράτους δύναμιν εἰσὶν ἐπιτήδειοι. *Philostratus* Vit. Soph. I.

18) De locutione ζήλου καὶ μιμήσεως τυγχάνειν s. ἀξιοῦσθαι vid. *Marcklandus* ad Dionysii Halic. Vit. Lys. T. VI. p. 162. not 6. ed. Reisk. Sed tamen iis sententiis quae ad vitae emendationem faciunt, minime caruisse Ephorea videtur oratio. Certe a Joh. *Stobaeo* (in Eclog. ap. Phot. Cod. CLXVII. pag. 195.) inter eos refertur, quorum ῥήσεις excerpserat.

XVII. 4. p. 506 Olear. ubi de Isocratis discipulis — — Ἐλλογιμώτατος Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ· Θεόπομπον γὰρ τὸν ἐκ Χίου καὶ τὸν Κυμαῖον Ἔφορον οὔτ' ἂν διαβάλοιμεν, οὔτ' ἂν θαυμάσαιμεν. Verum de Ephori et dicendi et scribendi ratione legendus elegans locus in *Creuzeri* libro: Die Historische Kunst der Griechen, p. 320.

§. 2.

Transeamus igitur ad alteram quaestionem, qua judicari debet, quomodo in ipsa *historia* ejusque partibus versatus sit *Ephorus*. In ea terna maxime ejus merita extiterunt, quae ipsis veterum testimoniis eloqui possumus:

A) Polybius V. 33. — — Ἔφορος ὁ πρῶτος καὶ μόνος ἐπιβεβλημένος τὰ καθόλου γράφειν.

B) Strabo I. p. 2. Οἱ πρῶτοι θαῤῥήσαντες τῆς Γεωγραφικῆς ἅψασθαι — — alii, καὶ Δικαίαρχος καὶ Ἔφορος.

C) Diodorus Sic. IV. 1. Ἔφορος ὑποστησάμενος γράφειν τὰς κοινὰς πράξεις τὰς μὲν παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη, τὰ δ' ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου πραχθέντα συνταξάμενος, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς ἱστορίας.

Jam singula accuratius dispiciamus. Primo loco, Ephorum omnium primum et solum conscribendae *Historiae Universi Orbis Terrarum* [19])

19) Sic τὰ καθόλου *Beckius* quoque V. Cl. expli-

adjecisse animum prodidit Polybius. Quod consilium, quam vim habuerit in illa, qua tum fere tenebantur Graeci, externarum rerum ignorantia, quivis facile intelligit. Multa quidem et *Hecataeus* et *Hellanicus* et denique *Herodotus* de Barbarorum moribus, institutis, et monumentis priscis retulerant, sed rara illa, obscura, inconstantia, nec rerum conjunctione perpetua; *Ephori* ingenio atque sollertiae relictum fuit, annales Graecos e solitudine et obscuritate in luce et frequentia omnium antiquitatis memoriarum collocare; prorsus rem magni et animi et corporis adgressus (quod in eadem re de *Trogo Pompejo* praedicat *Justinus* Praefat. Itemque *Livius* Praefat. — „Res est praeterea et immensi operis *ut quae supra septingentesimum annum repetatur.*" Nam tot fere annis Ephori Historiae constabant.). Cui sententiae nec hoc obstat, quod Polybius alio loco (Lib.

cat, Allgem. Weltgesch. T. I. p. 20. not. ibique et alterum Polybii locum affert VIII. 4. ἡ καθόλου τῶν πραξίων ἱστορία, quem sic potius, e diuturno hujus scriptoris usu, legerim: ἡ τῶν καθόλου πρ. ἱστ. Sic v. g. I. 16. 11. τὰ κατὰ μέρος καὶ τὰ καθόλου πράγματα. al. Eandem sententiam alii aliter expresserunt. Diodorus Sic. (IV. 1. V. 1. XVI. 76. coll. Dionys. Hal. T. II. p. 94. lin. 29 Sylb.) de Ephoro dicit — ἔγραψε τὰς κοινὰς πράξεις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων. Idem XI. 37. de Herodoto: — γέγραφε κοινὰς σχεδὸν τὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις. al.

I. 4.) inter reliqua quibus ad conscribendam historiam permotus fuerit et hoc ponit: τὸ μηδένα τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπιβεβλῆσθαι τῇ τῶν καθόλου πραγμάτων συντάξει κ. τ. λ. Nam (observante Schweigh. T. V. p. 141.) „eam Universalem historiam nunc a Polybio dici satis apparet, quae complectitur res in orbe terrarum ab eo tempore gestas, quo omnia quodammodo inter se connecti et ad unum scopum vergere coeperunt. Quod Polybii fere aetate demum accidit, quare et ait τῶν καθ' ἡμᾶς, ex iis qui nostra memoria scripserunt" [20]. Possunt huic explicationi et firmamenta promi e Polyb. II. 37. et V. 105. quibus locis suae rationis diversitatem a superiorum rationibus diserte exponit. Namque Ephori temporibus variae gentes quodam humanitatis commercio, crescente Romanorum potentia et imperio comprehendebantur. Neque vero ejusmodi scriptorem qui se ad res terrarum orbis universas adplicuerit, carere posse ipsius terrae plena et accurata cognitione, unicuique patet. Quocirca Ephorum peropportune in eorum coetu reperimus, quos primum Geographiam adgressos prodidit Strabo; nec omittamus illud quod idem habet L. VIII. initio — Οἱ δὲ τὰ τῆς Γεωγραφικῆς ἐν τῇ κοινῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ ἐπραγματεύσαντο, χωρὶς ἀποδείξαντες τὴν τῶν ἠπείρων τοπογραφίαν, καθά-

20) Sed tamen καθ' ἡμᾶς et de eo tempore dici quae paullulum nostram memoriam praecedat, docuit Summus *D. Wyttenbachius* ad Posidonii Reliqq. p. 263 ed. J. Bake.

περ Ἔφορός τε ἐποίησε καὶ Πολύβιος. Qua observatione reliquias ejus geographicas sejunctim tractari, suisque libris circumscribi oportere comperimus [21]). Neque in jejuna et exili civitatum oppidulorumque enumeratione constitisse Ephorum, sed cujusvis regionis urbisque origines, progressus, situs, atque cum vicinis commercia, vegeta quadam narrationis varietate explicuisse, fidem facit *Boeotiae* descriptio, servata a Strabone (IX. p. 614. coll. Schol. Villoison. Iliad. IX. 381.), aut Reipublicae *Cretensis* (ib. X. p. 735 seqq.), aut *Locrorum* Epizephyriorum (ib. VI. p. 397.). Multum quoque fuisse ab eo studii collocatum in depingendis remotiorum populorum moribus, nemo qui *Scytharum* vitam ab eo traditam legerit in Strabone (L. VII. p. 463.), aut Scymno (Fragm. Holsten.), in dubium vocaret. Quemadmodum autem priscorum tenuitatem pleniore et laeta rerum copia superabat, ita procul abfuit a subtili Geometriae scientia, qua in concinnanda Geographia adjuti sunt *Artemidorus*, *Eudoxus*, *Eratosthenes*, *Posidonius*, *Polybius*, *Hipparchus* et ipse *Strabo*. Manifesto sit exemplo totius terrae distributio et

21) Nihilo vero minus *Baylius* Lex. T. II. p. 733. pronuntiat : Ce n'est point par de Traites particuliers de Géographies, qu'il a mérité d'être mis au nombre des Géographes ! Nec satis accurate *Mannertus*, Geogr. I. p. 90. Ephorus lieferte in seinem grossen Historischen Werke *nach Art des Herodots*, viele geographische Nachrichten.

distinctio, Libro IV. ab eo explicita (apud Cosm. Topogr. Chr. pag. 148.). Terrae figuram sibi quadratam et oblongam animo informaverat, cujus bina quaeque latera a diversis hominum generibus incolerentur: Ortus ab Indis, Occasus a Celtis, Meridies ab Aethiopibus, Septentrio a Scythis, nulla, praeter solis cursum, usus discernendi ratione (Conf. Mannert. I. 35. not. 1.). — Tres distinctas terrae partes novit: *Europam*, *Asiam*, *Africam* (Λυβύην), ex *Hecataei* et *Herodoti* (Melp. 45.) sententia, non eorum (τῶν παλαιῶν, v. *Schaefer.* ad Apollonii Schol. p. 188. *Schloezer.* in Allgem. W.G. T. XXXII. p. 279. quibuscum e Latinis *Varro* et *Sallustius* sentiebant, *Turnebus* Advers. XX. 29.) qui Europam et Africam unam partem fecerant. Quantum vero orbis antiqui ambitum sit complexus, nunc quidem accurate definiri nequit. Ut ab occasu initium sumamus; exilem fuisse admodum ejus notitiam de *Hispania*, *Gallia*, et quascunque terras Κελτικῆς appellatione prisci complectebantur, infitias ire vix aliquis possit; at fuisse aliquam, et illam ampliorem, quam priorum Geographorum, quaedam veterum testimonia arguunt, suis locis in fragmentis adposita. Diligentissime et copiosissime in *Graecia Asia*que versatus est, adjuncta breviori, ut videtur, *Africae* descriptione, tunc temporis necdum viatorum, aut quod postea aliquoties contigit, regum Aegyptiorum itineribus collustratae. Quum plura supersint indicia, nonnullas res geographicas, temporum intervallo permutatas, aliter

ab eo fuisse atque Herodoto perhibitas, ea, quae sibi animadvertisse visus est *Thunmannus* (in Nova Bibl. Philol. Lips. 1778. Vol. IV. p. 298 seq.), infra dispiciamus, aliud vero, quoniam pertinet ad πολυθρύλλητον quaestionem de *Africa* a veteribus circumnavigata, nunc, *Hugio* duce, persequamur. Qui quidem vir eruditissimus, in programmate a. 1808. edito, quo *Hannonis* Periplus continetur, p. 10 seq. quum docuisset *Plinium* ternis locis (VI. 35. 36. II. 110.) cum isto Periplo consentire, alibi autem (II. 67.) ab eo quam maxime discedere, *Hannonem* tradendo *a Gadibus ad finem Arabiam navigasse*, qui se ipsum superata aliqua occidentalis Africae littoris parte revertisse tradiderit, — „Haud tamen, pergit, difficile est „percontari testem, in cujus fidem haec erravit. „Nam L. VI. 36. ubi de insula *Cerne* sermonem „injicit, „*Ephorus*, ait, *auctor est a rubro mari* „*navigantes in eam posse propter ardores ultra* „*quasdam columnas (ita appellantur parvae in-* „*sulae) provehi.*“ Habemus hic in promtu Afri- „cae obnavigatae usque in Arabiam auctorem anti- „quissimum, qui Cernen in mare rubrum et famo- „sos soli ardores (quorum et Hanno mentionem „facit) haud procul inde in insulas ablegavit. Sed „quantacunque Ephori sit auctoritas, manifestum „est et omnium oculis expositum, illustrem cetero- „quin historiarum scriptorem de Hannonis expedi- „tione, et edito de eo opere, omnia tantum „ex fama rescivisse. Quotquot enim veterum de „Cerne insula ejusque situ aliquid memoriae prodi-

„derunt, nullus adeo desipuit, ut 'eam ex Africae „hesperio littore in sinum maris erythraei et in vi„ciniam Arabiae reposuerit.“ Equidem, hac re diligentius mecum agitata, Ephorum omnino quidem ab hac reprehensione liberare nequeo. Atqui si erravit *non solus* erravit. Ejus aetate omnis Africae inferior tractus ita ignorabatur, ut ipse Herodotus longiorem esse Europam Africa contenderet (IV. 42.). Quid igitur mirum, si utriusque orae regiones] insulasve permutabant, maria ipsa confundebant? Audiamus *Dionysium Periegeten* vs. 217. qui post Gaetulos et Garamantes ἐν δὲ μυχοῖσι, addit, Βόσκοντ' ἠπείροιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες, Αὐτῷ ἐπ' ὠκεανῷ, πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης, tum continuo Nili fontes et Syenen nominat; ibique *Eustathius* de Cerne — θέσις αὐτῆς διαφονεῖται· οἱ μὲν γὰρ ἀνατολικὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, οἱ δὲ δυτικήν. (Cf. Mannerti scitam observationem T. I. p. 62.). Licet Scylax (p. 158 Hoesch.) jam exactiorem cognitionem littoralis partis, ab Hannone reclusae, prodiderit. Potuit etiam Plinius Ephori narrationem (haud insolito more) conturbare. a qua sententia non alienus est *Salmasius* Exercitt. Plin. T. II. p. 1244. Nam mihi quidem Hannonis Periplum Ephoro innotuisse, dubium nullum est. Novit Καρικὸν Τεῖχος ab illo conditum (Steph. Byz. Vid. Peripl. pag. 20.); novit ardores circa Cernen ab illo primum visos; fortasse et Θεῶν Ὄχημα et Ἑσπέρου Κέρας (ap. Plin. VI. 25. cujus verba ex Ephoro desumta suspicor) ab illo reperta; si reliquae Africae ignoratione ejus brevissimam

narrationem male intellexit, hoc temporis potius quam ipsius culpae tribui debet. Quod *Gesnerus* (De Phoenicum extra Col. Herc. Navig. I. 7. pag. 632 edit. Hermanni) in Strabonis Lib. II. dicit et *Ephori* opinionem de obnavigata Africa refelli, ejusmodi quidquam ibi non invenies. Liceat in clausula hujus disputationis, *Polybii* (qui optime veterum de hac omni re tradidit L. III. 38.) quaedam verba, e L. IV. 20. adscribere, quibus Ephori hallucinatio quodammodo excusari queat: — Τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῶν νῦν καιρῶν, ἐν οἷς πάντων πλωτῶν καὶ πορευτῶν γεγονότων οὐκ ἂν ἔτι πρέπον εἴη ποιηταῖς καὶ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρτυρσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων· ὅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιήκασι περὶ τῶν πλείστων „ἀπίστους ἀμφισβητουμένων παρεχόμενοι βεβαιωτὰς", κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. πειρατέον δὲ δι' αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἱκανὴν παριστάναι πίστιν τοῖς ἀκούουσι.

Tertium denique quod inter Ephori historiarum praecipua ornamenta numeravimus, cum earum instituto, tractatione fineque est conjunctum. Id quum in Diodori verbis, supra laudatis, breviter quidem sed accurate expressum sit, agedum ejus loci singulas partes paucis explicemus. Primum dicit eum „τὰς μὲν παλαιὰς μυθολογίας ὑπερβῆναι." Quam sententiam si forte in eam partem acceperis, quasi Ephorus nullo modo priscam fabularum famam suis historiis admiscuisset, *Heerenium* necesse est mireris, qui (Ideen T. III. P. 1. pag. 471.) Ephorum reprehendat, post acrem Thucydidis κρίσιν fabulas adhuc in rerum monumenta

inferentem [22]). Sed Heerenius, quod talis viri pace dictum sit, quum Ephoro ἀκρισίαν objiceret, (quam rectius alibi urget, Ideen T. II. p. 28 et 280. not.) ad illud animum non videtur adjecisse, potuisse eum (qui res aliquot annorum, suaeque ipsius aetatis, literis consignaret, obscura antiquitatis tradita facili negotio praetermittere, (licet *Thucydides* quoque nonnunquam aliquid severitatis remiserit, v. g. I. 126. ubi vero *leonem risisse* ajebant. Vid. Schol. et *Ruhnkenius* ad Mureti Opp. II. 14. Add. L. II. 29. cum Schol. et II. 102. al.) minime illum, qui diversas diversarum gentium aetates perpetua narratione perscriberet, eumque Graecum et Graecas maxime res enarrantem. Multo luculentiorem rei expositionem *Heynius* attulit, in Commentat. de Apollodori Bibl. T. I. p. XXXVI. ubi de veterum in tractandis mythis ratione quum disseruisset: „hoc, pergit, tramite cum incederent „scriptores ut mythica historicis praemitterent, „proclivis fuit via ad commentum illud, quo mythi „et ipsi in historias verti et tanquam res vere ge-

22) Haec reprehensio magis caderet in *Theopompum*, apud quem *innumerabiles sunt fabulae* (*Cicero* de Legg. I. 1.), cf. *Dionys.* Hal. Ep. ad Pompej. p. 132. T. II. Sylb. *Aelian.* V. H. III. 18. *Fabricii* Bibl. Gr. p. 803. T. II. H. Quamquam nec Theopompo defuisse constat acriorem sensum in revocandis fabularum causis a Physicorum placitis aut rerum gestarum verisimilitudine. Vid. *Creuzeri* Fragmm. Hist. p. 170. not. coll. Dionyso p. 210.

„stae, cum causis et consiliis narrari coepere.
„*Signum sustulit hoc in more inprimis Ephorus*,
„qui Tityum, Pythonem (v. Strab. IX. p. 647. A.)
„Gigantes fuisse tyrannos narrabat. Simili modo
„expediebat fabulas de Lycurgo, de Minoe, de
„Rhadamantho, de Jove, Curetibus et ceteris si-
„milibus (v. Theon. Progymn. cap. VI.)." Hanc
sententiam uberius extulit *Creuzerus* (Symbol. T.
I. p. 215. 216. not.) „Jene Erweiterung und jener
„Pragmatismus des Mythus liegt im System des
„*Ephorus* am Tage. Dieser berühmte Schüler des
„Isocrates [23]) stellte eine Erörterung des Mythus
„auf, worin alle Elemente desselben auf *Historie*
„*der Vorwelt* zurückgeführt werden. Eine Hin-
„neigung zu dieser Methode findet sich schon in
„Fragmenten Jonischer Logographen (v. Fragmm.
„Hist. pag. 48.), namentlich bei Dionys von Milet,
„jedoch *erst der Vorgang jenes gelehrten For-*
„*schers* äusserte eine bedeutende Würkung, und
„übt noch seine Herrschaft in der historischen
„Bibliothek des Diodors." Jam videmus Epho-
rum aliam prorsus atque poetas, *Homerum* prae-
cipue, iniisse rationem, ut cum illi sive res et

23) Sic pro: *Aristoteles*, uti memoriae errore ibi scriptum est, legi debet. Quanquam et *Patricius* Discuss. Peripatet. p. 134. Ephorum *Peripateticis*, i. e. Aristotelis discipulis, accenset; quod tamen admodum incertum esse judicat Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 492. H. Immo, nequaquam fieri ob temporum rationem poterat.

facta majorum, sive naturae phaenomena fabularum involucris contegerent, carminibusque tradita variis modis immutarent, hic contra ipsarum rerum studuerit revocare fidem atque integritatem. Conf. *Heynii* Excurs. I. ad Iliad. VIII. pag. 518. T. V; *Penzelius* ad Strabonis interpret. german. T. II. p. 1384 et 1401; *Astius* in Commentar. ad Platonis Phaedrum p. 229; *Lenzius* et *Siebelisius* ad *Philochori* (qui Ephori rationem continuo secutus est) Fragmm. pag. 4 et 96. Quantiquanti igitur Ephori in explicandis fabulis via atque ratio aestimetur, illud dissimulari nequit, certum stabilemque historiarum fundum et quasi corpus ab eo esse quaesitum, quod quum in causarum consiliorumque cognitione positum putaret, eam credulae vetustatis memoriam, quae poeticis magis decora fabulis quam incorruptis rerum monumentis traderetur, adhibito delectu et judicio in res gestas dissolvit [24]. Ἐπιτιμήσας γοῦν (ὁ Ἔφορος) τοῖς φιλομυθοῦσιν ἐν τῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ — — προςτίθησι, ὡς πανταχοῦ ἄριστον νομίζει τἀληθές, Strabo IX. p. 646 Alm. Quodsi non ubivis in iis dijudicandis sibi constabat (Strabo l. l. Ἔφορος δοκεῖ μοι τἀναντία ποιεῖν ἔσθ' ὅτε τῇ προ-

24) *Heyn.* Nott. ad Il. IX. 529: — „Narratio haec antiquissima de venatione apri *Calydonii* est una *ex quatuor notabilioribus vitae heroicae eventis*, quibus clarissimorum heroum nomina illigata sunt: sunt ea, praeter eam, *Argonautarum* navigatio, expeditio ad Thebas cum altera

αιρέσει καὶ ταῖς ἐξαρχῆς ὑποσχέσεσιν), ei hoc magis est ignoscendum, quo difficilius fuit Graeco homini, memoriam priscam a vulgi temeritate poetarumque ludibriis vindicare, et ad historiae severitatem traducere. Cujus studii vel maxime illud alterum a Diodoro commemoratum argumento esse potest — Τὰ δ' ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου πραχθέντα συνταξάμενος, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς ἱστορίας. (Sic etiam *Taurus* Comment. in Platonis Tim. apud Philoponum c. Procl. de Aetern. Mundi VI. 8. et Meurs. de Regn. Laced. cap. VI: Ἔφορον ἀρχὴν εἰληφέναι τῆς ἱστορίας ὑπὲρ (l. ἀπὸ) τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου.). Quibus permotus causis ab hoc demum tempore scribendi exordium cepit, ipso Diodori loco additum est: „ὅτι τοῖς τὰς παλαιὰς μυθολογίας συνταττομένοις συμβαίνει κατὰ τὴν γραφὴν ἐν πολλοῖς ἐλασσοῦσθαι· ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀναγραφομένων ἀρχαιότης δυσεύρετος οὖσα, πολλὴν ἀπορίαν παρέχεται τοῖς γράφουσιν· ἡ δὲ τῶν χρόνων ἀπαγγελία τὸν ἀκριβέστατον ἔλεγχον οὐ προςδεχομένη, καταφρονεῖν ποιεῖ τῆς ἱστορίας τοὺς ἀναγινώσκοντας. πρὸς δὲ τούτοις ἡ ποικιλία καὶ τὸ πλῆ-

Epigonorum profectione; tum bellum *Trojanum*: qui sunt tanquam *cardines omnis rei mythycae*, quae quidem ad heroicam aetatem spectat." Sed in his ipsis *data occasione* explicandis versatum esse *Ephorum* ostendunt: Strabo X. 709. 710 seq. Schol. Apollon. II. 1037. Plutarchus Camill. Vit. cap. XIX. al.

θος τῶν γενεαλογουμένων ἡρώων τε καὶ ἡμιθέων καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν δυςέφικτον ἔχει τὴν ἀπαγγελίαν. τὸ δὲ μέγιστον, καὶ πάντων ἀτοπώτατον, ὅτι συμβαίνει τοὺς ἀναγεγραφότας τὰς ἀρχαιοτάτας πράξεις τε καὶ μυθολογίας, ἀσυμφώνους εἶναι πρὸς ἀλλήλους." Enimvero postquam *Hercules*, cui in monte Oetaeo illatae lampades fuerint, ut ait *Accius*, in domum aeternam patris ex illo ardore pervenerit, et fabularum multitudo rarescere in Graecia coepit. Secuta sunt Troïca tempora, mox Heraclidarum cum Doriensibus incursiones, quo tandem tempore clarior historiae lux Graecis affulsit. Si quae fuerunt hinc inde superiorum aetatum monumenta, aut fama certior ore hominum propagata, repentina conversione populorum facta, rerum nova serie coorta, aut temere mista et turbata, aut vi, oblivione, situ, sensim deleta sunt et abolita. Ex eo tandem tempore antiquitatem documentorum fide testatam consignatamque reperimus. Apud *Tacitum*, Annal. IV. 43. Messenii, ut Dentheliatem agrum suae potestatis esse comprobarent: „*Veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere, monumentaque ejus rei sculpta saxis et aere prisco.*" Aliaque permulta, artificum praecipue operibus celebrata; v. Pausan. V. 18. Heyn. Observv. ad Apollod. Bibl. p. 209. — Veruntamen omnium maxime illud advertisse Ephorum et excitasse videtur, quod Heraclidarum et Doriensium reditus in Peloponnesum gravissimi momenti fuit ad omnem veteris Graeciae statum immutandum; qui profecto, si nostra licet compa-

rare, tantum contulit ad conformanda Graecarum civitatum instituta hominumque ingenia, quantum *sesqui mille annis* post aliarum septentrionalium gentium in Romanam ditionem irruptione, reliqua Europa experta est. — Usque ad hoc tempus *Iones*, *Aeoles*, *Achaei* per totam Graeciam habitabant, jam ad cultioris vitae consuetudinem progressi; *Dorienses*, in saltuosis Oetae regionibus degentes, genus hominum rude et asperum, in auxilium ab Herculis posteris, paternum in Peloponneso imperium repetentibus, adsumti, multos populos expulere, plurimas regnantium familias ejecere, priscam barbariem reduxere [25]). Sic nobiles Pelopidarum Neleidarumque domus e sedibus suis exterminabantur. Strabo VIII. pag. 571. — Κατασχόντες γὰρ οὗτοι τὴν Πελοπόννησον, ἐξέβαλον τοὺς πρότερον κρατοῦντας. Pausanias II. 13. — Ἡρακλειδῶν κατελθόντων Πελοπόννησος ἐταράχθη πᾶσα πλὴν Ἀρκάδων, ὡς πολλὰς μὲν τῶν πόλεων συνοίκους ἐκ τοῦ Δωρικοῦ προςλαβεῖν, πλείονας

25) *Heynius* Obss. ad Homeri Il. T. IV. pag. 370: „Mirationem facere potest, quod *Heraclidarum* nulla mentio, nec *Doridis* (in Homeri navium Catalogo) occurrit. Scilicet haec a populis nullo vitae cultu utentibus habitata esse videtur. *Hylli* autem stirps nullas adhuc opes, nullum nomen habere potuit.“ Sed Homerum nullibi rerum ab Heraclidis gestarum meminisse, tam mirum quibusdam, in his et magno *Alb. Hallero*, visum est, ut ante illam Graeciae conversionem vixisse eum autumarent. Vid. *Heyn.* T. VIII. p. 825. 826. not.

δὲ ἔτι γενέσθαι τὰς μεταβολὰς τοῖς οἰκήτορσι. Diodori Fragmm. T. II. p. 635 Wess. Τὰ γὰρ κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἔθνη σχεδὸν πάντα, πλὴν Ἀρκάδων, ἀνάστατα συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν. Nec ulla fere fuit civitatum Graecarum, quin multis modis hanc rerum conversionem persentisceret: Lacedaemon, Argos, Messene, Elis, Corinthus, Troezene, Phlius, Achaja, Megara, Attica, Aegina, Rhodus, Thera, aliae insulae, quae aut incolas aut reges commutarunt. Neque vero solum homines advenarum vi oppressi, sed etiam mores, instituta, loquendi consuetudo peregrina contagione paulatim contaminata sunt. Herodotus VIII. 73. de Cynuriis: — Ἐκδεδωρίευνται ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι καὶ τοῦ χρόνου (cf. Valck. Animadv. p. 653. Salmas. de L. Hellenist. VII. p. 433.). Strabo VIII. p. 514: — σχεδὸν δ' ἔτι καὶ νῦν κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. Sed *Achaei* a Doriensibus Lacedaemone pulsi, in *Aegialum* (post *Achajam*) profecti, *Iones* expellunt; qui recepti ab Atheniensibus, mox ducta inde in Asiam colonia, condiderunt *Ioniam*; interea colonia *Aeolica* a Penthilo in eandem Asiam trajecit; unde literae et artes aliquando in Graeciam, inprimisque Athenas erant rediturae (*Heynius*, Obss. ad Apollod. T. II. p. 201.). Quas ingentes populorum migrationes, utpote in quibus operis caput et quasi cardo verteretur, copiose Ephorum exposuisse, cum Fragmenta testantur, tum Schol. Aristidis Panathen. p. 93 J.

in illa: — οἱ δὲ τὰς ἀποικίας καταλέγονται·] εἰς Ἔφορον ἀποτείνεται, ὃς περὶ τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἔγραψε. Sicuti vero *Doriensium* dominatione omnes fere Peloponnesi civitates in unum populorum genus coaluerant, ita *Ionum* gentes, arctius inter se conjunctae, adversus illorum potentiam adsurgere coeperunt. Quae non stirpis solum atque usus vivendi dissimilitudo, sed animorum disjunctio, temporum decursu in tantum adaucta est, ut gravissima bella concitaret, hominum caedes urbiumque ruinas efficeret, ipsorum denique libertatem et felicitatem penitus subverteret [26]. Legisse haud pigebit illustrem *Thucydidis* locum, quem quia obversatum esse Ephoro puto, quum inchoandi ab eo inde tempore historias caperet consilium, apponam integrum (Lib. I. 12.): — καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ μετῳκίζετο, ὥστε μὴ ἡσυχάσασα αὐξηθῆναι. ἥτε γὰρ ἀναχώρησις τῶν Ἑλλήνων ἐξ Ἰλίου χρονία γενομένη πολλὰ ἐνεώχμωσε, καὶ στάσεις ἐν ταῖς πό-

26) Apud *Herodotum* (VIII. 144.) Athenienses adhuc sic de Spartanis loquebantur: Τὸ Ἑλληνικὸν ἐὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμόγλωσσον, καὶ θεῶν ἱδρύματά τε κοινὰ, καὶ θυσίαι, ἤθεά τε ὁμότροπα. Apud *Thucydidem* contra (I. 77.): Ἄμικτα γὰρ τάτε καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἔχετε, καὶ προςέτι εἷς ἕκαστος ἐξιὼν, οὔτε τούτοις χρῆται, οὐθ' οἷς ἡ ἄλλη Ἑλλὰς νομίζει. Scilicet *Dorienses* reliquos Graecos despiciebant. Vid. Valcken. ad Herod. III. p. 227. Schol. Thucyd. I. 124.

λέσιν ὡς ἐπιπολὺ ἐγίγνοντο, ἀφ' ὧν ἐκπίπτοντες τὰς πόλεις ἔκτιζον. — Δωριεῖς τε ὀγδοηκοστῷ ἔτει ξὺν Ἡρακλείδαις Πελοπόννησον ἔσχον· μόγις τε ἐν πολλῷ χρόνῳ ἡσυχάσασα ἡ Ἑλλὰς βεβαίως, καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη, ἀποικίας ἐξέπεμψε· καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας τὸ πλεῖστον Πελοποννήσιοι, τῆς δὲ ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία — — [27]). Quorum verborum gravissimo argumento uberius enarrando suam Ephorum rationem, suum judicium ac lumen adhibuisse credi par est.

§. 3.

Etiamsi autem Ephorus in descensu Heraclidarum narrandi principium constitueret, minime tamen se intra hujus limitis extremitatem ita continuit, ut ulterius progrediendi licentiam sibi nullam concessam esse putaret. Quandoquidem optime sentiebat, antiquitatis memoriam divelli non posse; cujus incerta primum et sublustris fama tanquam e diluculo, in diei claritatem *subinde* procederet. Ubicunque igitur copia facta esset, in priorum

27) Sed tamen omnium maxime *Isocratem* ipsum, seligendi librorum initii auctorem fuisse Ephoro, inde patere arbitror, quod multis orationum locis ostendit, quantum valuisse crederet Herculis, Heraclidarumque res gestas ad immutandam Graeciae formam faciemque. Vid. Panegyr. p. 68 sq. Langii; orat. ad Philipp. p. 154, et praecipue Archid. pag. 178 seq. coll. epistol. ad Archid. p. 758.

temporum tenebras descendit, nubila dissipavit, occultissimas populorum urbiumque origines pervestigavit. Conf. *Macrobius*, Sat. V. 18; *Strabo* IX. 616. X. 709. *Clemens* Al. I. p. 362 Strom. *Diodorus* IV. 64. al. Possunt in eum igitur merito dici, quae de Theopompo praedicat *Dionysius* Hal. Epist. ad Pomp. T. II. p. 132 S, eum — πολλὰ μὲν ἔθνη καὶ Βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων ἐκμαθεῖν, πολλοὺς δὲ νόμους ἀκοῦσαι, πολιτειῶν σχήματα καὶ βίους ἀνδρῶν καὶ πράξεις καὶ τέλη καὶ τύχας. Namque in id summa virium contentione incubuerat, ut civitatum ortus, earum rituum, consuetudinum, institutorum, quae antiquitus invaluerint, proverbiorum tandem, quae hominum sermonibus temere usurparentur, causas, fontes atque origines ex remotissima memoria repeteret. Vid. *Athenaeus* IV. 154 D. *Stephanus* v. Πάρος. *Suidas* vv. Εὐρυβάτος, Κωρυκαῖος, Ἐπὶ τὰ Μανδροβούλου al. Quarum rerum postquam ut fit, cum numerum congessisset, quem non omnem commode in Historiarum libris disponere posset, eorum quasi appendicem et promtuarium *Inventorum Libros II* condidisse videtur.

Cujus praeclari studii laudem praestantissimi quique veterum extollere certarunt. *Polybius*, (apud Strab. X. 713. et Fragmm. T. IV. pag. 620 Schweigh.) ὁ ἐσπουδασμένος οὕτως ἐπαινέσας (fort. ἐπαινέσαι) αὐτὸν, καὶ φήσας, περὶ τῶν Ἑλληνικῶν, καλῶς μὲν Εὔδοξον, κάλλιστα δ' Ἔφορον ἐξηγεῖσθαι περὶ κτίσεων, συγγενειῶν, με-

ταναστάσεων, ἀρχηγετῶν. — Cf. Polybii L. IX. 1. et VI. 45, ubi sic: — οἱ λογιωτάτοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων, Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης, Πλάτων. Quid? quod Ephorus in X Historicorum numero fuit, quos inter Classicos agnoverunt Critici summi *Aristarchus* et *Aristophanes* Byz. Eorum hic fuerat ordo: Θουκυδίδης, Ἡρόδοτος, Ξενοφῶν, Φίλιστος, Θεόπομπος, Ἔφορος, Ἀναξιμένης, Καλλισθένης, Ἑλλάνικος, Πολύβιος; vid. *Montfaucon.* Bibl. Coislin. p. 597. *Ruhnken.* Histor. Crit. Orat. Gr. p. 169. (T. VIII. Reisk.) Quibus addi debent *Euagrius*, Histor. Eccles. V. 24. p. 441 Vales.; *Solinus*, Polyhist. cap. XL.; *Macrobius*, Sat. V. 18 et 20; *Aristides* T. III. p. 585 Cant.; *Diodorus* IV. 1. qui Ephorum τοῖς προτεύουσι δόξῃ τῶν ἱστοριογράφων adnumeraverunt [28]).

28) Ἱστοριογράφον eum Diodorus iterum vocat L. XVI. 14; itemque Plutarchus Plac. Ph. IV. 1. Diogenes Laert. II. X. 6. Συγγραφεὺς audit apud Diodor. XVI. 76; Polyb. VI. 45; Cosm. Topogr. p. 148; aliis aliter. Sed in Ephorum utriusque vocabuli significatio quadrat. Ammonius: Ἱστοριογράφος μὲν ἐστὶν ὁ τὰ πρὸ ἑαυτοῦ γεγονότα συγγραφόμενος. Ξυγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' ἑαυτοῦ γεγονότα. Quamvis nec haec distinctio, ut plurimae Ammonii, optimorum scriptorum usu semper firmatur. Cf. *Sturzius* ad Hellanicum p. 2.

§. 4.

Jam vero ad eam quaestionem oratio nostra deducta est, qua Ephori in tractanda historia qualis fuerit fides, veritas atque constantia, oportet judicetur. Quae quoniam in fontium auctorumque quos sectatus sit, cognitione maxime esse posita videtur, in iis recensendis et explorandis quae sequitur disputatio versabitur. In ejusmodi causa id potissimum quaeritur, utrum vellet, dein utrum posset vera scribere, nec ne. Voluisse Ephorum, vix dubium est, cum animum ejus noscamus simplicem et sincerum, nec, ut Theopompi, partium studio agitatum. (*Suidas* v. Θεόπομπος: Ἔφορος ἦν τὸ μὲν ἦθος ἁπλοῦς; sic *Xenophon* Anabas. II. VI. 11. in Menone negat fuisse τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀληθές.) Ei igitur tribuamus quod in rerum scriptore requirit *Cicero* de Orat. II. 15. §. 62: „primam esse historiae legem ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis.“ Anne etiam potuerit, satisque adhibuerit judicii in usu fontium, non ita promte affirmaverim. *Heynius* de Fontt. Diodori p. 79 Bip.: — „Fides hujus scriptoris (*Ephori*) haud dubie in diversis operis partibus diversi momenti esse debuit et inique de eo judicatum est universe vel ex una vel altera parte aut loco. Nam in recentissimis historiis ea tradidisse censendus est, quae ipse viderat vel audierat; antiqua vero ex aliis scriptoribus comparatione et judicio facto composuisse.“ Sed

quidni *Ephorum ipsum* audiamus, suam de judicanda auctorum fide sententiam diserte professum, apud Harpocrat. v. Ἀρχαίως (qui locus, quum hucusque sub falso Thucydidis nomine ambularet, suo a nobis auctori vindicatus est.): — Περὶ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων, φησὶ, τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς οὕτω διεξιόντας ἀπιθανοτάτους εἶναι νομίζομεν, ὑπολαμβάνοντες οὔτε τὰς πράξεις ἅπασας, οὔτε τῶν λόγων τοὺς πλείστους εἰκὸς εἶναι μνημονεύεσθαι διὰ τοσούτων. Videsne subactum viri et distinguendi sensum et judicandi acumen? Plane uti Thucydides (I. 20 seq.) intellexit, res suae aetatis nisi explicate traditas, fidem non facere; antiqui autem aevi memoriam, nisi commenticiam, copiose enarrari nequire. Dum igitur in superiorum temporum ambiguitate versabatur poetarum testimoniis utebatur, aut oraculorum responsis, aut inscriptionum indiciis, aliisve adjumentis, quibus prisca aetas res suas consignare solita esset. Sed hoc caute fecit et circumspecte, ex formula, quam sibi ipse praescripserat. Plurimum argumenti praebuerunt carmina pervetusta: Heracleae, Ἀλκμαιωνὶς, Εὐρωπία, Μινυὰς, ὁ Αἰγίμιος (quocum Heraclidarum res arcte conjunctae erant, vid. *Groddek* in Biblioth. Artium et Litt. II. p. 84 — 90.), Φορωνὶς, Δαναῒς, Θησηῒς, τὰ Ἀμαζονικὰ, alia de quibus *Heynius* consulendus Comment. de Apoll. Bibl. T. I. p. XXXI et XXXV. ubi et

nostri meminit. *Creuzer* Symbol. T. IV. p. 6, ubi de hac ipsa re agit: — Aus diesen Gedichten schöpften zum Theil die Geschichtschreiber verschiedener Art, die Verfasser der Atthiden, — — *die grossen Historiker Theopompus und Ephorus.* — — Sic Ephorus (παρατιθεὶς [29]) τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων, τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν, uti de Dionysio Miles. habet Diodor. III. 65.) *Homerum* excitat testem, ap. Strab. XII. 826 (in cujus versu et Criticam exercet); *Hesiodum, Choerilum* ib. VII. 463 et 504. X. 730; *Alcmana,* X. 736. *Tyrtaeum*, VI. 428. (eodem modo *Theopompus* apud Schol. Lycophronis vs. 174. antiqui *Eumeli* testimonio utitur). — *Oracula*, ap. Stephanum v. Ἁλιεῖς, Strab. VIII. 574; Schol. Pindari Pyth. V. 101. Athen. VI. pag. 232. — *Inscriptiones*, ap. Strabonem X. 711, ubi — παρατιθεὶς μαρτυρία τὰ ἐπιγράμματα — — ἐπιλέγει, ὅτι ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διακριβοῦν εἰώθαμεν, ὅταν ᾖ τὶ τῶν πραγμάτων ἢ παντελῶς ἀπορούμενον, ἢ ψευδῆ δόξαν ἔχον. Quam ἀκρίβειαν a multis laudatam reperimus. *Josephus* c. Ap. I. 12. pag. 444 Hav. — οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς,

29) Hoc est: ipsis eorum verbis pro testimonio appositis. Quam hujus vocabuli vim, non omnibus interpretibus perspectam, illustrarunt *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. p. 244; *Toop.* Emendatt. in S. III. 474; *Schneider.* ad Demetrium Περὶ Ἑρμην. §. 86. *Schaefer.* ad Dionysium de Comp. Verb. V. p. 84.

ὧν ἐστι καὶ Ἔφορος. Strabo IX. 646: Ἔφορος, ᾧ τὸ πλεῖστον χρώμεθα (leg. προςεχώμεθα) διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐπιμέλειαν. Cf. *Scymnus* Chius vs. 130. (ubi pro τῷ τὴν γεωγραφίαν ἐπιμελέστατα γεγράφοτι, legi mallem τοῖς — γεγράφοσι.) Neque vero dum antiqua monumenta strenue perquirebat, fieri aliter poterat, quin multa priorum traditis accuratius cognosceret. Quorum inprimis *Hellanicus*, utpote quem plurimum offendere debuerit, in ejus varias reprehensiones incurrit. Josephus c. Ap. I. 3. (T. II. p. 439 Hav. coll. Euseb. Pr. Ev. X. 7.) Ἔφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλεῖστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσι· add. Strab. VIII. p. 526. *Sturzius*, Fragmm. Hellanici, pag. 11, perverso more, increpando Ephorum, auctorem suum defendere instituit. Contra *Dodwellus* (Chronol. Thucyd. II. pag. 594 Lips.) hoc ipsum Hellanico laudi vertit: — „quod perfectissimum quemque in suo argumento, emendandum supplendumque proponunt, qui summo exquitissimoque judicio in suo quisque argumento sunt versati. — Quare Hellanico inter primaevos Historicos, ut Thucydides (I. 97.), sic *Ephorus* primas concessisse videtur," seqq. Nihilo tamen minus, quae est mentis humanae imbecillitas, et Ephorus nonnunquam dormitavit, levique rerum specie delusus a vero aberravit. Quocirca nec scriptorum notam censoriam defugere potuit. *Diodorus* I. 39. — ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄν τις παρ' Ἐφόρῳ ζητήσειεν ἐκ παντὸς τρόπου τἀκριβὲς, ὁρῶν αὐτὸν ἐν πολλοῖς ὠλιγωρηκότα τῆς ἀληθείας. *Strabo* V. p. 375. — ubi de Ephori Scy-

this: — ταῦτα δὲ λέγω σαφῶς μὲν εἰδὼς, ὅτι καὶ οὗτος οὔτε ἀληθέστατα λέγει περὶ πάντων. *Seneca* Nat. Quaest. VII. 16. paullo acerbius (confutandi scilicet studio nimium indulgens) „*Ephorus* vero non religiosissimae fidei, saepe decipitur, saepe decipit.“ Dubitanter Schol. Hom. Villoison. IX. 381. — εἰ πιστὸς Ἔφορος (hoc Thucydidio more, qui I. 9. de Homero εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι, vid. *Wyttenb.* Bibl. Crit. P. III. p. 49. Similiter Aristides T. II. pag. 353 J. — δῶμεν ἀληθῆ λέγειν Ἔφορον, seq.). Veruntamen cum *Timaeus* Ephori in plurimis mendacium coarguisse traditur apud Josephum c. Ap. I. 3, hoc quomodo sit accipiendum docet Polybius XII. 23. p. 427 Schweigh.: Κατὰ τοῦ Ἐφόρου Τίμαιος πλείστην πεποίηται καταδρομὴν, αὐτὸς ὢν δυσὶν ἁμαρτήμασιν ἔνοχος· τῷ μὲν, ὅτι πικρῶς κατηγορεῖ τῶν πέλας ἐπὶ τούτοις, οἷς ἔνοχος αὐτός ἐστιν· τῷ δὲ, διότι καθόλου διέφθαρται τῇ ψυχῇ τοιαύτας ἀποφάσεις ἐκτιθέμενος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, καὶ τοιαύτας ἐντίκτων δόξας τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Et quis veterum de malignitate et livore Timaei non conquestus est? Vid. omnino *Casaubonus* ad Diog. L. p. 117. [30]). Quemadmodum autem Timaeus ob vituperandi et maledicendi libidinem Ἐπιτίμαιος dictus est (v. *Wesselingius*

30) Unum mihi nunc quoque observasse videor, cujus causa in *Timaei* vituperationem cadere potuerit *Ephorus*. Quoniam hic fuisse *Zaleucum*, Locrorum latorem legis, memoriae mandaverat (Strabo VI. p. 389.); contra nusquam terrarum

ad Diod. V. pag. 330.), sic alium Ephori adversarium, *Alexinum*, Eubulidis (ὑβριστικοῦ nomine item notati; v. Jons. de S. H. P. Lib. IV. p. 350.) discipulum, quem Diogenes L. II. 110. γεγραφέναι perhibet, καὶ πρὸς (i. e. *contra*, v. *Fr. A. Wolf.* ad Demosth. Lept. p. CLII.) Ἔφορον τὸν ἱστοριογράφον, a convitiandi cupiditate Ἐλεγξῖνον cognominarunt (Diog. l. l. 106. ibiq. itpp.). — In Indice auctorum Plinii, N. H. L. VII. *Stratonis* mentio fit, *qui contra Ephori heuremata* (sic pro *theoremata* leg.) *scripsit.* Atqui *Reinesius* (Var. Lect. II. 6. p. 364. e. m.), quoniam *Strabo* (Lib. VII. p. 463.) quaedam adversus Ephorum protulit, rotae figulinae *inventum* ad Anacharsidem referentem, hujus Geographici nomen pro Stratone in Plinio refingendum esse adserit. Quod judicium eo ineptius est, cum e Diogene Lib. V. 59. liqueat *Stratonem* Peripateticum, Ptolemaei Philopatoris magistrum Εὑρημάτων ἐλέγχους δύο edidisse; ejusdemque memoret Clemens Alexandr. Stromat. I. p. 351 et 364. τὰ περὶ τῶν Εὑρημάτων. Apud Plutarchum Vit. Pericl. cap. XXVII. p. 167. B. *Heraclides Ponticus* Ephorum ἐλέγχει [31]), quod Ar-

fuisse pertinaciter contenderat ille (Cicero ad Att. VI. 1. de Legg. II. 6: „quid? quod Zaleucum istum, negat ullum fuisse Timaeus.“). Cf. *Bentley.* Dissertat. upon the Epist. of Phalaris p. 335 seqq. (London 1699.)

31) I. e. *redarguit, convincit.* Sic Hecataeus (ap. Schol. Apollon. IV. 283.) ἐλέγχει τὸν Ἡσίο

temonem serius vixisse tradiderit, quam historiae fides admitteret. Jam igitur et hoc loco animadverti potest Peripateticorum infestandi Isocraticos studium; quod licet acrius nonnunquam et ardentius quam modestius exercitum utrobique sit, magnum tamen fructum tulisse ad monumenta rerum gestarum diligentius excutienda, literarumque amorem subinde excitandum, pro se quisque intelliget.

Postquam vero Ephorus ad aequalem suae aetatis memoriam devenerat, ut ea complecteretur, quorum aut ipse pars fuit, aut certam ab aliis habere poterat notitiam; eundem in consiliorum, factorum, eventorumque modis enarrandis compro-

δον. Primariam vocabuli voluntatem retinet Homer. Il. IX. 518. ubi v. itpp. Usitatius et significatius est alterum ἐξελέγχειν. *Thucydides* III. 64: ἐξηλέγχθη ἐς τὸ ἀληθές. Cf. *Ernesti* ad Callimachi H. in Del. vs. 88. p. 164. Caeterum multa quae veteres aeque ac recentiores ad deprimendam Ephori fidem adtulerunt, in ipso fragmentorum ordine diligentius considerabimus. Et ab hac parte valde laudari debet *Baylii* studium (Lex. T. II. p. 732. A.), qui cum vindicatum a scriptorum calumniis reddere Ephorum conatus esset, „Quoi qu'il en soit, pergit, je m'imagine, que tous ceux qui aiment l'histoire, regrettent la perte des Ecrits d'Ephore. *Pour moi je la regrette beaucoup.*“ Quanto majus nostrum putes esse desiderium atque dolor!

bavit candorem atque prudentiam, quam in rebus superiorum temporum eruendis solertiam et artem. Usus quidem est *Herodoto, Thucydide, Xenophonte*, aliis; sed ita usus est, ut eum quemque anteponeret reliquis omnibus, qui ipsis rebus gestis interfuerit. Polybius XII. 27: Ὁ μὲν γὰρ Ἔφορός φησιν εἰ δυνατὸν ἦν αὐτοὺς (scil. rerum scriptores) παρεῖναι τοῖς πράγμασι, ταύτην δὴ διαφέρειν πολὺ τῶν ἐμπειριῶν. Unde factum, ut saepissime ab illorum judicium sejungeret suum, sicubi ex incorruptis et integris rerum testibus veriora se resciisse persuasum haberet (vid. Plutarchus de Malign. Herod. cap. 36. Pericl. cap. 27. Lysandr. pluribus locis. Pelopid. cap. 16. Diodor. XIV. 11. al.). Haec in Graeciae historia; sed quum et *Barbarorum*, hoc est reliquorum orbis terrarum populorum (haec divisio invaluerat, utut Philosophi reprehenderent, τοὺς δίχα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος εἴς τε Ἕλληνας καὶ Βαρβάρους. Strabo I. p. 116. ibiq. Casaub.), res gestas, brevius licet, perscriberet, quis tam obtuso ingenio est, quin intelligat eum multa auditione solum accepta, plura ex aliorum libris integra desumta, inserere oportuisse in annales suos? Quod in nostris scriptoribus [vix a quoquam reprehensum, in Ephoro qui exagitarent Graeculi, non defuerunt. *Porphyrius* L. I. τῆς Φιλολογικῆς ἀκροάσεως (in Eusebii Praep. Ev. X. 2. pag. 464 Colon.) convenisse quosdam narrat τὰ Πλατώνεια celebraturos. Quibus familiariter inter se colloquentibus, et *Ephori* est injecta mentio, quem alius longe

praetulit *Theopompo*, alius κλέπτην ἀπεκάλει, καὶ τί γὰρ Ἐφόρου ἴδιον ἔφη, ἐκ τῶν Δαϊμάχου καὶ Καλλισθένους καὶ Ἀναξιμένους αὐταῖς λέξεσιν ἔστιν ὅτε τρισχιλίους ὅλους μετατιθέντος στίχους; et paullo post, pag. 467: Λυσιμάχου ἔστιν [δύο περὶ τῆς Ἐφόρου κλοπῆς. Ἀλκαῖος δὲ ὁ τῶν λοιδορῶν Ἰάμβων καὶ Ἐπιγραμμάτων ποιητὴς παρῴδηκε τὰς Ἐφόρου κλοπὰς ἐξελέγχων. Quae praeterea criminatio (quamvis probata *Casaubono* ad Diog. I. 30. pag. 12. *Tayloro* Lectt. Lys. II. p. 230 ed. Reisk. *Baylio*, al.) cum aliis causis elevatur (v. g. quod Eusebii in citando Porphyrio, et Porphyrii in citandis auctoribus fides admodum suspecta est, vid. *Luzacii* Lectt. Att. p. 15 et 284; *Lenzius* ad Philochorum p. 6.) tum ratione temporum, quod *Daimachus* (Indicorum scriptor), *Anaximenes*, *Callisthenes*, qui regnante Alexandro et ultra floruerunt (vid. *Vossius*, de H. G. I. X et XII. *St. Croix* Examen critique p. 33 seq.), neutiquam exscribi potuerunt ab Ephoro tunc aut decrepito aut mortuo; finitis certe et editis jam historiarum libris. Sed vide quae hominum perversitas, Ephorum cujus scripta aetas perdidit, ex obscuro crimine furti reum fecerunt; posteriorum libros, fortunae ludibrio servatos, qui quidquid antiquae memoriae tradiderint, ab Ephoro prope mutuati sunt, admirantur, exosculantur, onerant laudibus. *Diodoro*, *Polybio*, *Pausaniae*, *Plinio*, *Plutarcho*, *Straboni*, *Scymno* Chio, poetarum *Enarratoribus*, ut sileam reliquos, ubi demseris ea quae mutuo ab Ephoro sumserunt, quan-

tum, credas, priscae historiae sibi relictum habebunt? Quorum vel unus Diodorus, si revocare liceat germanam orationis formam, aut quaedam aliunde petita resecare, a sexto inde libro (utinam cum quibusdam sequentium integer superesset!) usque ad decimum septimum, ipsam reddidisse aliquatenus Ephori historiam videri potest. Sicuti hoc Heynii disquisitionibus (de Fontt. Diod. T. I. p. LXXIII seq.) partim evictum est, ita fragmentorum decursu etiam de reliquis constabit. Strabonem quantopere adjuverit Ephorus docte ostendit *Siebenkeesius* Praefat. ad Strab. T. I. p. XIII seq.: „E scriptoribus autem historiam universam exponentibus praecipue *Ephorum Cumanum*, *Polybium*, *Posidonium* adiit. *Ephorus*, ipse ἄνδρα μνήμης ἄξιον appellat, res ab Heraclidarum reditu ad Perinthi usque excidium gestas triginta libris descripsit, quo in opere geographus cumprimis invenit notitias praeclaras ad populorum et civitatum fata antiquitus perpessa explicanda, facientes. Inter complura Straboni hoc e scriptore excepta praecipue observanda sunt, quae Siciliae Galliaeque descriptioni intexuit. Nobilia porro sunt fragmenta ex eodem desumta, de Crotonae conditoribus, de Aetolorum origine, de Locrensium legibus, de rebus Creticis interque ea de Curetibus. Nec non in relatione de piratis Corcyracis Strabonem Ephori vestigiis institisse e *Suida* video.“ Quibus addi permulta possunt.

Habuerit igitur Ephorus plura, quae reprehendi in eo merito possent, hoc non prohibet

quo minus eum magnis Graecorum Historicis adnumeremus, qui res et facta majorum patriaeque gloriam ad sempiternam posteritatis famam pertulerunt. Διὰ ταῦθ' ὁ πᾶς αὐτοῖς αἰὼν καὶ βίος οὐ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ φθόνου παρανοίας ἁλῶναι, φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια, καὶ ἄχρι νῦν ἀναφαίρετα φυλάττει, καὶ ἔοικε τηρήσειν,

Ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ.

Longinus Sect. XXXVI.

CAPUT IV.

De Ephori Chronologia.

Historicorum Graecorum reliquias qui nostra aetate summa cum eruditione collegerunt, quum in eorum notandi tempora ratione eruenda et concinnanda minus studii et doctrinae collocarunt, recte mihi utique fecisse videntur. Istae Γενεαλογίαι, Κτίσεις, Περιηγήσεις, aliae hujus argumenti scriptiones, quae carminibus quam justis annalibus similiores, naturali quodam vinculo et ordine populorum familiarumve res cohiberent, quam obsecro diligentem annorum periodorumque observationem poposcerunt? Aliter res se in eo scriptore habet, qui omnium populorum, per longinquae aetatis spatium interpretari memoriam (τὰ καθόλου) sit aggressus. Eum oportet exactam temporum legem et formulam constituisse, qua rerum immensam et distractam sylvam, commode dispositam, mentis obtutui subjiceret. Neque tamen a nobis illud committi debet, ut qua nos fruimur accurata et subtili temporum scientia, eandem ab illorum hominum

inscientia postulemus. Quemadmodum enim omnis noster labor praeteriti laboris aut supplementum aut perfectio est, et quodcunque meritum a comparatione duntaxat recte aestimatur, ita hic quoque, quamnam temporis notationem, ante se usurpatam *Ephorus* invenerit, quomodo eam adhibuerit aut in majus provexerit, inprimis disquirendum existimo. Jam antiquissimi Graecorum scriptores generationum vicibus temporum intervalla digesserunt, librosque peculiares, Γενεαλογίας inscriptos composuerunt, quibus deorum heroumque origines et regum stemmata, prisci aevi simplicitate complectebantur. „Quod studium, (verba sunt *Sturzii* ad Pherecydi Fragmm. p. 66.) quam utile fuerit ad constituendam aliquam Chronologiam, et quam praeclare viam paraverit ad verae historiae tractationem accuratiorem, nulla eget demonstratione." His praecipue accensendi sunt *Acusilaus*, *Hecataeus*, *Pherecydes Lerius*; qui posterior, (Γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερος Dionysius Halicarn. Antiqq. R. I. p. 10 Sylb.) propter insigne studium pervestigandi stirpium origines Γενεαλόγου nomen meruit. Acusilai fragmenta in remotissimis fabulis, Hesiodeo more (in Theogonia), explicandis, eum esse versatum commonstrant (cf. *Heynius* ad Apollod. p. 96 et 351.). Hecataei genealogiae simul inservierunt retinendae memoriae rerum a viris primariis heroibusve gestarum (*Creuzerus* Fragmm. p. 46 seq.). Olymp. LXXXII. *Simonides* floruit, Lyrici nepos, qui item ob carmen Genealogicum, Γενεαλόγος vocatus est (Schol. Apoll. Rhod. II.

868. v. Groddeck. in Bibl. Art. et Litt. II. p. 100 seq.). Veruntamen quivis intelligit, quam tenue admodum, incertum, nec sibi diversarum familiarum stirpibus consentaneum hoc numerandi tempora genus fuerit, quum nec ipsa γενεά quot annorum esset, inter omnes conveniret, nec in aetatum continuatione singuli scriptores se invicem sequerentur. Cf. *Bentlejus* ad Phalar. Epp. p. 35. *Wesselingius* ad Herod. p. 173. *Olearius* ad Philostrati Her. p. 667; *Larcherius* Chronol. d'Herodote p. 353 — 358; *Heynius* Obss. ad Iliad. VI. 216. T. V. p. 233. *Rosenmüllerus* Schol. in V. T. P. I. pag. 78 seq. Qui doctissimi viri una omnes illius designationis inconstantiam et molestiam plurimis argumentis ostenderunt.

Hecataeo proximus venit *Xanthus* Lydius, quem bini veterum loci, si extra controversiam positi essent, certiori temporum norma usum esse testarentur. Alter Diogenis L. Prooem. L. II, ubi a Zoroastre ad Xerxis transitum DC (Var. Lect. MDC) annos numerasse dicitur; de quo tamen loco *Creuzerus* (Fragmm. pag. 225.) dubitationem proposuit, num forte sit junioris Xanthi, Atheniensis (quem Eruditorum vitas conscripsisse auctor est Diogenes IV. 29. coll. Sturz. ad Empedocl. p. XXVIII.), sed ita ut senioris potius esse crederet. Alter Clementis Al. Str. I. p. 398, qui auctore Xantho Lydio prodit διημιλλῆσθαι τὸν Λέσχην Ἀρκτίνῳ, καὶ νενικηκέναι περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα. Jonsius (I. 19.) qui hunc locum ju-

niori Xantho tribuit, hoc prudens fecerit, nec ne, sanequam recte fecisse mihi videtur. Qui enim antiquus ille secundum Olympiadas annos distribuere potuit, quum haec computatio a *Timaeo* demum in historiam induceretur? (Polybius XII. 12.) Nisi Bougainvillio adsentire placet (Mém. de l'Ac. des Inscr. T. I. p. 123.), qui seriorem quendam putat Grammaticum Xanthi Lydii Generationes in Olympiadas resolvisse. *Charonem* quoque Lampsacenum temporum adhibuisse rationem fortasse dicendum esset, si libri ejus, qui Χρονικά (s. Πρυτάνεις s. Ὧροι, v. Fragmm. p. 127.) appellatus est, uberiorem notitiam haberemus. Insignior annalium luce *Hellanicus* incedit, qui primus, ut equidem arbitror, Sacerdotum argivarum (Ἱερείων τῆς Ἥρας, sive Ἡρεσίδων, vid. Etymol. M. s. v.) seriem, Sicyone in templo conservatam (τὴν ἀναγραφὴν τὴν ἐν Σικυῶνι ἀποκειμένην Plutarchus de Musica cap. 3 et 8.) ad historiae usum adplicabat, edito singulari libro (Ἱερεῖαι τῆς Ἥρας vid. Sturzius ad Fragmm. p. 77 seq.), quo res priorum aetatum fluctuantes adhuc hujus computi ope et comparatione defigeret. Quam magnum historiae emolumentum et tunc adtulerit Hellanici institutum, e vtero postea, quum Timaeus Sacerdotes Argivas cum victoribus Olympicis contulisset (Polyb. l. l.), non hujus loci est ut pluribus explicetur. Vid. *Dodwellus* de Graec. et Roman. Cycl. p. 760 seq. (Oxf. 1701. 4.) *Creuzerus* de Art. Histor. Gr. p. 71. not. 45.

Hellanici aequalis, *Herodotus* (eo XII annis junior. Gellius XV. 23.) a prisca consuetudine non recessit. Genealogiis contentus erat, quas vero tam diligenter consignavit, ut comparatis et aliorum testimoniis perpetua inde confici posset Chronologia. Neque *Thucydides* novam in hac re viam ingressus est, Hellanici maxime vestigia persecutus (quamvis non usquequaque affirmaverim quod Bougainv. p. 124. judicat: que l'ouvrage de Thucydide étoit en même tems une continuation et un supplement de l'Atthis d'Hellanicus. Conf. Dodw. Ann. Th. p. 594.). Certe L. II. 2. et IV. 133. Sacerdotum Argivarum nominibus insignia belli Peloponnesiaci tempora notavit; res gestas anni temporibus, annos Archontibus, Ephoris, Boetarchis, Olympionicis (sed *Pancratii*, non ut post factum *Stadii* victoribus) distinxit. Si priorum aetatum res occurrerent, a Troicis (I. 12. VI. 2.), aut retro a Peloponnesiacis (I. 13, 18. V. 112.) aliove memorabili evento (III. 68.) annos numeravit. Ex omnibus patet, hanc curam ab eo non fuisse praetermissam, licet constans et universa temporum praefinitio ejus historiis nondum contigerit. Neque qui deinceps scripserunt *Ctesias* et *Xenophon* aliquid immutarunt; quorum alter Herodoti (v. Diodor. II. 77.), alter Thucydidis rationem expressisse videtur.

Paullo post *Ephorus* scribendi consilium cepit. Quocum quae conjuncta fuerit temporum ratio antequam dispiciamus, *Marshamii* necesse

est opinio admoveatur, quam posuit in Canone Chron. pag. 329 edit. Lips.: „Ephorus cum res distribuerit κατὰ γένος, neglexisse tempora videri potest.“ Nullo enim modo annorum notatione, qua rerum intervalla metiretur, carere potuit; alioquin nec universo operi ordo, nec praecedentibus et subsequentibus libris commissura constitisset. Sed cum ipse Marshamius alio loco aliam sententiam professus esset, hoc citius quam cogitatius pronuntiaverit. — Ephorum historias ab Heraclidarum descensu inchoasse satis constat. Quid, si hoc temporis punctum pro norma et momento constituit, quo et res posteriorum aetatum definiret? Si quaeramus quot annos ad sua tempora numeraverit, succurrit Diodorus XVI. 76. Ἔφορος ἱστορίαν κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν, (Olymp. CIX. 4) — — ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου, χρόνον δὲ περιέλαβε σχεδὸν ἐτῶν ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα. His DCCL annis Olympiadibus CIX. et 4 annis, subtractis, annus CCCXIV ante primam Olymp. Heraclidarum reditui obtingit; ut igitur Ephori ratio 13 vel 14 annis distet ab *Eratosthenis* et *Apollodori* ratione (qui hoc intervallum 328 annorum fecerat; vid. Diodor. Sic. I. 5. Clemens Alex. Str. I. p. 403. coll. Petavii Doctr. Temp. T. II. pag. 329.) [32]. Clemens igitur, l. l. cum Ephorum dicit

32) Prouti hic Apollodori calculi non valde differunt ab Ephori rationibus, ita cum eo consentiunt in constituenda Homeri aetate. Hieronymus

ab Heraclidis ad Olymp. CXI. 3. numerasse annos DCCXXXV, aut suo aut librariorum errore falsus deprehenditur. Sed exoritur altera quaestio, utrum Ephorus narrationis rerumque gestarum ordine ad ejusmodi annorum designationem pervenerit, an subtilis adjumento disquisitionis, firmorumque argumentorum judicatione. Hoc affirmat *J. Scaliger*, de Emend. Temp. Lib. I. p. 21: „Exemplo *Ephori* aut Dionysii erit nobis character excogitandus, quo animus anceps in trivio constitutus quaesitum ad fontem manu deducatur.“ Idem Prolegg. in Eusebii Chronicon: „Aliquam vero artem hujus tractationis antiquitus fuisse hinc con-

Chron. p. 106: „In latina historia ad verbum haec scripta invenimus: Agrippa apud Latinos regnante *Homerus* in Graecia claruit, ut testatur *Apollodorus* Grammaticus et *Euphorbus* (Ephorum esse persuasit Scaliger) Historicus; ante urbem conditam annis CXXII, et, ut Cornelius Nepos ait, ante Olympiadem primam annis C.“ Hieronymi numeros nihili facio, nam hi mendosissimi sunt (v. Scalig. ad l. l.); sed illud memorabile, quod eosdem et Apollodoro et Ephoro tribuit. Quum vero Apollodorum constet Homeri aetati adsignasse annum CCXL post Trojam captam, (v. Ap. Fragmm. p. 410.) ii frustra agunt, qui ad Ephorum trahere conantur *Euphorionis* locum (ap. Clem. Al. Strom. I. p. 403.): Ἐν τῷ περὶ Ἀλευάδων, qui Homerum κατὰ Γύγην τίθησι γεγονέναι, ὃς βασιλεύειν ἦρξατο ἀπὸ τῆς ὀκτοκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος.

stat, quod vetustissimi auctores *Ephorus* et Eratosthenes excidium Ilii non per προςθαφαιρέσεις temporum, quae in mythico intervallo incerta sunt, sed per motus coelestes et doctrinam annorum Graeciae civilium indagarunt." Quae sententia si cui firmamento innixa est, et illi computo rationem subdit. A Trojae enim excidio ad Peloponnesum ab Heraclidis occupatam, omnium consensu anni LXXX defluxisse dicuntur (Diod. I. 5; Crates ap. Tatianum c. Gr. pag. 107 Oxf.; Eusebii Chron. p. 132. cum Scaligeri Adnott. p. 58; Interpretes ad Vellejum Pat. I. 1; Larcherii Chronol. d'Herod. T. VII. p. 172.). At Scaligeri, viri in his rebus versatissimi asseveratio unde quaeso profecta est? Primarius esse *Plutarchi* locus videtur, Vit. Camilli cap. XIX, quo probare conatur, Thargelionis diem vigesimum tertium felicem Graecis, infaustam plerumque Barbaris accidisse [33]: Καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδομῇ φθίνοντος· περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν. Primarium hunc locum voco, quia eo permotus, alterum Dionysii itidem Ephoro adsignasse Scaliger videtur. *Dionysius* Antiqq. R. I. 63: Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα

33) De hac celebri veterum sententia cf. et Aeliani V. H. II. 24. (p. 30 Corayi, qui vero Plutarchi immemor erat.) Add. scriptor vitae Platonis in Bibl. Litt. et Artium. Fasc. V. p. 8. Inedit.

πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδοῇ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι· περιτταὶ δὴ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. (Scaliger de Emend. T. L. I. p. 42 et 45. „Dionysius ex *Ephoro.*" Idem ad Euseb. Chron. pag. 53: „*Ephorus* et post eum Dionysius.") Jam ante eum in eandem suspicionem inciderat *Gaza*, notante *Casaubono* ad l. Dionysii, qui nec ipse ab illorum judicio suum sejungit, nec sejungit Scaligeri adversarius *Petavius* (Doctr. Temp. Vol. I. p. 19.), ut equidem qui adhuc vix summis labris hujus subtilissimae doctrinae initia delibassem, nec copiosam Scaligeri de illo loco disputationem (L. I et V. Emend. T. p. 45 et 379. coll. qui nuper eum tetigit *Ideler* de Veterum Observatt. Motuum Coelestium p. 200.) penitus assecutus essem, contra tantorum virorum auctoritatem assurgere non audeam. Si quis Plutarchum et Dionysium discrepare inter se dixerit, quoniam in hoc ὀγδοῇ, in illo ἑβδομῇ legatur, is mentem adtendat ad voculam περὶ ἥν, quam laxiori sensu usurpat Pl., ut illam de fatali Barbarorum die opinionem et huc applicet; namque reapse eum ὀγδοῇ ponere debuisse, docent et *Callisthenis* verba ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν, servata a vetusto Schol. in Euripidis Hecubam ap. Scalig. pag. 378, et Atticorum scriptorum, ap. Clementem Str. I. p. 221. (Quem locum emendat Valcken. ad Eurip. Phoen. Schol. p. 7.) Neque igitur Marmora Paria, quae (Ep. XXV.) ἑβδομῇ habent, aut Jakson (Chronol. pag. 983.) qui sic in Plutarcho legi

vult, adversus tot testes quid valent. Quodsi calculos subducimus, ex Ephori sententia Trojae casui tribuendus esset annus CCCXCIV. ante primam Olymp. (A. Christ. Nat. 1172. Per. Jul. 3544.) Quocum Sosybii ratio congruit apud Censorinum XXI. p. 112. Nam unus vel alter annus plus minus in tanta vetustate non pro differentia habendus est. *Dionysius* Halic. Antiqq. R. L. VII. p. 418 A. — Ὀλίγοις μὲν ἔτεσι διαμαρτεῖν τῶν χρόνων δοίη τις ἂν ἱστορικοῖς ἀνδράσιν ἀρχαίας καὶ πολυετεῖς συντασσομένοις πραγματείας, γενεαῖς δὲ δυσὶν ἢ τρισὶν ὅλαις ἀποπλανηθῆναι τῆς ἀληθείας, οὐκ ἂν ἐπιτρέψειεν. Non sine quadam veri similitudine idcirco poni posse confido, Ephorum, qui Historias a prima Heraclidarum expeditione exorsus sit, pluribus annis ante Ilium captum facta (v. Heyn. ad Apollod. p. 204.), peculiare et chronologicum exordium totius operis constituisse ab ipsa Ilii captivitate; quare et *Suidam* dicere: ἔγραψε ἀπὸ τῆς Ἰλίου πορθήσεως καὶ τῶν Τρωϊκῶν μεχρὶ τῶν αὐτοῦ χρόνων.

Proposita hac qualicunque sententia, *Marshamii* liceat expendere conjecturam (Canon Chr. p. 486.): „Hellanicus Argivarum sacerdotum seriem, *Ephorus* Reges Spartanos ab Heraclidarum reditu ad annum Aerae Atticae 1240 suis historiis intexuerunt.“ Conjecturam inquam, quoniam nullo veteris scriptoris testimonio munitur. Contra *Bougainvillius* (l. l. p. 133.) ambitiosa eruditionis specie nobis statim testem finxit: „*Diodore* dit dans sa

préface qu'*Ephorus* employoit les regnes des rois de Sparte pour évaluer à trois cent dix (debebat 328) ans l'intervalle du retour des Heraclides à la première Olympiade." Quid vero Diodorus (I. 5.)? Ἀπὸ δὲ Τρωϊκῶν ἀκολούθως Ἀπολλοδώρῳ (conf. Apollod. Fragmm. pag. 409. T. I. Heyn.) τῷ Ἀθηναίῳ τίθεμεν ὀγδοήκοντα ἔτη πρὸς τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν· ἀπὸ δὲ ταύτης ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα δυσὶ λείποντα τῶν τριακοσίων, συλλογιζόμενοι (fort. συλλογιζομένῳ) τοὺς χρόνους ἀπὸ τῶν ἐν Λακεδαίμονι βασιλευσάντων. Doctius egit qui hanc quaestionem tetigit, M. *de la Barre* (in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. VII. pag. 263, 266 et 268.), ubi ad definiendam Lycurgi aetatem Ephori testimonio utitur (e Strab. X. pag. 735.), Lacedaemoniorum regum seriem ad Lycurgum usque memorantis, licet non appareat, utrum in hoc uno loco, an ad universam temporum notationem eam adhibuerit. Non igitur ipsam conjecturam sed auctoritatem qua ille abusus est improbaverim. Cum enim Heraclidarum tempore regum Lacedaemone regnantium ordo inciperet, et vero etiam Athenis Codro mortuo primi Archontes crearentur, oblata erat Ephoro ansa ad eam Chronologiam, quam postea *Eratosthenes* et *Apollodorus* (Plut. Lycurg. p. 39 F.), *Demetrius* Phalereus, *Timaeus* et *Marmori Parii* auctor (Marsh. Can. Chron. pag. 561.), inter recentiores *Corsinius* et *Larcherius* (ille in Fastis Atticis, hic in Chronol. Herodot. pag. 494 — — 515.) magno cum fructu excoluerunt. Inge-

niosam denique sententiam protulit *Dodwellus* (Annal. Thucyd. III. pag. 594 Lips.) — „*Ephorus*, cum ab illo demum Heraclidarum tempore historiam certam censet, pro incerta habuerit oportet omnem illam quae praecesserit Argivarum Sacerdotum seriem, etiam illam, ex qua quid singulis annis gestum fuerit sibi compertum fuisse obtenderit Hellanicus. Ab illo initio 750 annos ad Olymp. CIX. 4. numerat. Inde verisimile est, Annalium formam ab eo observatam esse pariter atque Thucydide (?). Non autem per Archontas Atticos fortassis aut Ephoros Lacedaemonios. *Crediderim potius, pro exemplo Hellanici, annos ad Sacerdotes Argivas exegisse usque ad Caranum Phidonis Argivi fratrem. Inde vero Annales illum contexuisse regum Macedonicorum a Carano scilicet oriundorum.*" Haec vir doctissimus; qui cum videret in Eusebio p. 57. et Syncello pag. 262. exactam *regum Argivorum*, a Hercule ad Phidonem, seriem, indeque *regum Macedonicorum* (qui Argis originem duxerunt, v. Herod. VIII. 137 seq. Thucyd. II. 99. Spanhemius de Usu et Pr. N. Diss. VII. pag. 371. et Heynius Obss. ad Apollodorum p. 109.), suae conjecturae causam hinc videtur sumsisse. Verum donec certa antiqui auctoris fide comprobetur, vereor ne haec ratio nimis angusta fuerit pro Ephori instituto, omnium populorum memoriam simul complectente. Si fortasse Dodwelli opinionem tueri velis *Ephori* loco (ap. Strab. VIII. p. 549.), quo *Phidon* δεκατὸς ἀπὸ Τεμένου dicitur, probandum tibi aliunde

esset, haec ab eo in ejusmodi Chronologiae usum fuisse designata. Quod fieri posse aut recte dubito, aut Ephorei operis rationem nondum perspexi. Etenim quantum diserti veterum loci, sine ulla praejudicata sententia perpensi, verisimilitudinis mihi suggerunt, in Trojae excidio suae posuit numerationis cardinem, unde per distinctos annos vel etiam generationes (Strabo VI. 410: τῇ δεκάτῃ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωϊκά coll. X. 735. et 711.) rerum gestarum tempora deinceps adnotavit. Quoniam vero haec omnis quaestio a subtili singulorum momentorum judicatione potissime pendet, simulque Ephori, quoad nostra opera fieri poterat, reliquiae nunc demum congestae et suis quaeque libris redditae sunt, istius doctrinae peritiores quid rei sit penitus forte cognoscent.

A.

EPHORI HISTORIAE.

PROOEMIUM [1].

1.

Polybius IV. 20. Postquam probatum ierat rei musicae contemtionem Arcadum solos *Cynaethenses* feros et incultos effecisse, — Οὐ γὰρ ἡγητέον, pergit, μουσικὴν, ὥς Ἔφορός φησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης πραγματείας, οὐδαμῶς ἁρμόζοντα λόγον αὐτῷ ῥίψας, ἐπ' ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ παρειςῆχθαι τοῖς ἀνθρώποις. Nescio an non Ephori sententia tam tristis fuerit, quam a *Polybio, Athenaeo* (XIV. p. 626.) et *Agrippa* (de Vanit. Scient. Cap. XVII.) intellecta est. Fortasse sic increpuit effeminatam illam et fractam impudicis modis, quae sua aetate invaluit, musicam; quam post *Platonem*, alios, et *Cicero* perstrinxit, de Legg. II. 15. ubi de sonorum vi: „Namque et incitat languentes, et languefacit excitatos, et tum remittit

1) Dicit quidem Diodorus, XVI. 76. Ephorum singulis libris singula praefixisse prooemia; neque vero quoscunque locos in ullo prooemio scriptor credidi, huc conferre in unum dubitavi, cur nullus argumenti nexus iis interveniret.

animos, tum contrahit: civitatumque hoc multarum in Graecia interfuit, antiquum vocum servare modum: quarum mores, lapsi ad mollitiem, pariter sunt immutati cum cantibus, *aut hac dulcedine corruptelaque depravati, ut quidam putant*; aut quum severitas eorum ob alia cecidisset, tum fuit in auribus animisque mutatis etiam huic mutationi locus.“

2.

Harpocration: Ἀρχαίως, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ· „Τά τε παλαιὰ καινῶς διεξελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν.“ Ἔνιοι μέν φασι σημαίνειν ἀρχαιοτρόπως, τουτέστιν ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι χρῆσθαι. Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο, φησὶ (l. φήσας) περὶ τῶν ἀρχαίων πραγμάτων τοὺς νεωτέρους διεξέρχεσθαι· „Περὶ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων, φησὶ, τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς οὕτω διεξιόντας ἀπιθανοτάτους εἶναι νομίζομεν, ὑπολαμβάνοντες οὔτε τὰς πράξεις ἅπασας, οὔτε τῶν λόγων τοὺς πλείστους εἰκὸς εἶναι μνημονεύεσθαι διὰ τοσούτων.“ Isocratis locus, quem paullulum accuratius quam vulgo legitur exhibuimus, multisque ille posthac vel laudatus vel reprehensus, (v. *Wyttenbachii* Bibl. Crit. VIII. 1. p. 38. *Toupius* ad Longinum cap. XXXVIII. pag. 437 Lips. *Cresollius*, Theatr. Soph. I. xi. p. 83 ed. Paris.) xtat Paneg. pag. 53. L. Verum quae sub *Ephori* nomine verba retulimus, *Thucydidis* nomen huc-

[redacted]

usque mentita sunt. In quo cum nullibi reperirentur, in promtu erat suspicio alius ea esse scriptoris. Vid *Maussacus* ad Harpocr. *H. Stephanus* Diatrib. in Isocr. *Duckerus* Praefat. ad Thucyd. T. I. p. CI Bip. *Heindorfius* ad Platonis Phaedrum p. 317; qui si adtendissent ad alterum Harpocrationis locum v. Καινῶς, Ἰσοκρ. Πανεγ. οἷον ὡς τοῖς νεωτέροις ἁρμόττειν πράγμασιν· Ἔφορος δὲ τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο αὐτὸ ἐν τῇ πρώτῃ, aut Suidam v. καινὸς, (coll. Photii Lex. p. 94. qui tamen ex Harpocrat. sunt corrigendi,) *Ephorum*, magistri verborum interpretem continuo agnovissent. Cujus permutationis exempla si desideras plura, adi Duckerum l. l., et e multis, quae adjici possunt, *Senecae* Controv. XXIV. ubi Thucydidem pro Demosthene esse positum docte animadvertit *N. Faber* (T. III. p. 299 Amst.); *Thomam* Mag. et *Moeridem* v. πομπεῖα et πομπή, quibus locis Thucydidem esse in Andocidem mutandum, viderunt *Valckenarius* apud Piers. ad Moer. p. 332. et *Ruhnkenius*, Hist. Cr. Or. Gr. p. 158. Ut alia mittamus, ad *ipsum* fortasse *Thucydidem* nobis aliquando pertractanda.

3.

Polybius XII. 27. (Exc. Vales. T. III. p. 437 S.) Ὁ μὲν γὰρ Ἔφορός φησιν εἰ δυνατὸν ἦν αὐτοὺς (scil. rerum scriptores) παρεῖναι πᾶσι τοῖς πράγμασι, ταύτην δὴ διαφέρειν πολὺ τῶν ἐμπειριῶν. Quam praeclaram sententiam pluribus exequitur Polybius.

4.

Polybius IX. 1. (T. III. p. 92.): Τὸν μὲν γὰρ φιλήκοον ὁ γενεαλογικὸς τρόπος ἐπισπᾶται· τὸν δὲ πολυπράγμονα καὶ περιττὸν ὁ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις καὶ συγγενείας, (καθά που καὶ παρ' Ἐφόρῳ λέγεται) τὸν δὲ πολιτικὸν, ὁ περὶ τὰς πράξεις τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δυναστῶν. Pro ἐπισπᾶται, quod ex *Ursini* conjectura, Schweigh. secutus dedi, Mss. exhibent επισταται. *Casaubonus* voluit ἐφίσταται, sed maxime, uti credo, ne Ursino adsentiret. Notum enim, virum caeteroquin altissimi animi, indignam se invidiam adversus Ursinum exercuisse; ut adeo ejus certissimas emendationes in Polybio non admitteret. Vid Schweigh. ad Polyb. III. 21. T. V. p. 525, qui etiam T. VI. p. 93. reliqua nostri loci bene illustravit.

5.

Stephanus Byz. s. v. Βοιωτία. Ἔφορος δέ φησιν ὅτι Ἀθηναῖοι περὶ τὴν ναυτικὴν, Θετταλοὶ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν, Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν, Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν ἐπιστήμην ἠσχόληνται· (ἡμεῖς δὲ περὶ τὴν τῶν νόμων εὐταξίαν· Haec posteriora verba ad Stephanum ipsum trahunt interpretes, quorum pars eum inde Laconem, pars Byzantinum faciunt; non video cur non item Ephori possint esse, ut qui ubivis celebrandae patriae causam arripuerit.) Illam de populorum Graecorum praerogativis sententiam ipsis fere Ephori verbis effert *Eustathius* ad Dionys. Perleg. v. 428; aliquibus auctiorem ha-

bet *Maximus* Tyr. Diss. VIII. p. 85. (ed. Oxon. min.) quem exposuit *Pauw*, Recherches sur les Grecs, T. II. p. 378 interpretationis vernaculae.

6.

Diodorus Siculus I. 9. — Περὶ πρώτων δὲ τῶν Βαρβάρων διέξιμεν, οὐχ ἀρχαιοτέρους αὐτοὺς ἡγούμενοι τῶν Ἑλλήνων καθάπερ Ἔφορος εἴρηκεν, ἀλλὰ προδιελθεῖν βουλόμενοι τὰ πλεῖστα τῶν περὶ αὐτοὺς, ὅπως ἀρξάμενοι τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἱστορουμένων μηδεμίαν ἐν ταῖς ἀρχαιολογίαις ἑτερογενῆ πρᾶξιν παρεμβάλωμεν. Ephori verba latiori sensu accepit *Salmasius* de Hellenistica p. 426: „Constat ex *Ephoro* — Graeciam priusquam a Graecis incoleretur a variis gentibus Barbaris fuisse habitatam.“ Certe sic jam antea statuerat *Hecataeus* Milesius apud Strabonem L. VII. p. 494. (Fragmm. p. 71.) ubi — περὶ τῆς Πελοποννήσου φησὶν, ὅτι πρὸ τῶν Ἑλλήνων ᾤκησαν αὐτὴν Βάρβαροι κ. τ. λ. itemque *Plato* Cratyl. p. 425 E. — εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι Βάρβαροι. Quocirca Ephorus Barbarorum historiam prius quam Graecorum persecutus est, sicuti Cap. II. significavimus. Fuere autem inter Graecos eo tempore plures eruditi, qui peculiaria de Barbaris commentaria conderent, ut Hellanicus, Aristoteles, Nymphodorus, Theodectes, Damastes (cujus nomen suo libro restituit Valcken. ad Herod. p. 365.), quorum Νομιμὰ Βαρβαρικὰ saepius laudata reperiuntur. Egit de iis docte *Toupius* Emend. in Suid. P. II. p. 153. quem non negligere debebant *Sturzius* ad Hellanici Fragmm.

p. 63. et *Boeckhius* ad Platonis Minoem p. 78 — 83, cujus catalogus veterum qui de Legibus scripserint, et hoc, et *Tayloro* Lectt. Lys. cap. X. (T. VI. p. 292 Reisk.) auctior prodiisset.

7.

Clemens Alexandr. Strom. I. p. 400: Ἔφορος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν καὶ ἔθνη καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἑβδομήκοντα λέγουσιν εἶναι, ἐπακούσαντες τῆς φωνῆς Μωσέως λεγούσης· Ἦσαν δὲ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, αἱ εἰς Αἴγυπτον κατελθοῦσαι. Ex ipsis potius Aegyptiorum traditis illam hausisse famam Ephorum, fidem facit Horapollo I. 14: Οἰκουμένην δὲ γράφοντες, κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δύο χώρας τὰς ἀρχαίας φασὶ τῆς οἰκουμένης. Variant enim in numero scriptores, monstrante *Pottero* ad hunc locum, qui et *Salmasio* (Hellenist. p. 156.) memorabilis visus est, quod Ephorus cuivis ἔθνει suam tribueret γλῶσσαν. Sed pro *Jacobo Noam* potius dicere Clemens debebat; ab hoc enim LXX orbis terrarum populos ortos esse, constans inter Judaeos fama obtinuit. Vid. *Eisenmengeri* Entdecktes Judenthum T. I. p. 803 sqq.

HISTORIARUM

LIBER I.

ἩΡΑΚΛΕΙΔΩΝ ΚΑΘΟΔΟΣ.

8.

Theo Prog. p. 12. — — Διηγημάτων μὲν μυθικῶν — — — καὶ παρὰ Ἐφόρῳ ἐν τῇ πρώτῃ, τὸ περὶ τῶν πεντήκοντα Θεστίου θυγατέρων, αἷς ἁπάσαις παρθένοις οὔσαις φησὶν ἅμα μιγῆναι τὸν Ἡρακλέα.

Haec illustrat Heynius ad Apollodori II. 4, 5. T. II. p. 136. Wessel ad Diod. IV. p. 274.

9.

Schol. Apollonii Rhod. vs. 1168 — Ἔφορος ἐν πρώτῳ παραδέδωκεν αὐτὸν (*Herculem*) δι' Ὀμφάλην καταλελεῖφθαι. Idem vs. 1289. — Ἔφορος ἐν τῇ έ (leg. ά) φησὶν αὐτὸν ἑκουσίως ἀπολελεῖφθαι πρὸς Ὀμφάλην τὴν Λυδῶν βασιλεύουσαν.

Alii aliam causam momoriae prodiderunt. Vid. Plutarchus Vit. Thes. III. Diodorus IV. 31. Apollod. II. 6. 3. cum Heynii Obss. p. 187. Creuzer. ad Xanthi Fr. p. 187.

10.

Stephanus Byz. Δυμᾶν, φῦλον Δωριέων· ἦσαν δὲ τρεῖς· Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες, [ἐξ

Ἡρακλέους καὶ προςετέθη ἡ Τρνίθια,] ὡς Ἔφορος ά· „Αἰγίμιος γὰρ ἦν τῶν περὶ τὴν Οἴτην Δωριέων βασιλεύς· ἔσχε δὲ δύο παῖδας Πάμφυλον καὶ Δυμᾶνα, καὶ τὸν τοῦ Ἡρακλέους Ὕλλαν ἐποιήσατο τρίτον, χάριν ἀποδιδοὺς, ἀνθ' ὧν Ἡρακλῆς ἐκπεπτωκότα κατήγαγεν.“ Οἱ οἰκοῦντες, Δυμᾶνες· καὶ Δυμανὶς τὸ θηλυκὸν καὶ Δύμαινα.

Primum de lectione videamus, in qua restituenda viri summi operam posuere; praeter Stephani interpretes, *Valesius* Emendatt. 1. 32. ibique *Burmannus* p. 37 seq. *Hemsterhusius* ad Aristophanis Plut. p. 114 seq. *Heynius* ad Apollod. T. II. p. 195. Pro Δυμᾶν Pinedo Valés. et Heyn. malunt Δυμᾶνες; pro φῦλον — φῦλη; pro Ὕλλαν Vales. et Holstenius Ὕλλον [2]; pro Δυμᾶνα Berkelius Δυμᾶντα, e Pausaniae L. VII. (cap. 17. T. II. p. 296.); pro vulg. ἐποιήσαντο et ἀποδίδοντες cum Valesio et codice Vossiano scripsi numerum sim-

2) Sed tamen utramque formam et de filio et de amasio Herculis nonnullos e veteribus usurpasse, me docuere Photius Bibl. p. 245 Hoesch. vet. e Ptolemaei historiis novis; et Eudocia Viol. pag. 409 e *Diocleidae* Deliacis. Schol. Vulg. Apollonii I. 1207, quem Eudocia exscripsit, laudat Ἀντικλείδην, eundemque vs. 1288, ἐν β' Δηλιακῶν. Contra Schol. Paris. altero loco, pag. 101. Διοκλείδην habet, altero, pag. 108. Ἀντικλείδην, nil observante editore. Anticlidae Deliaca novit Vossius de H. G. III. p. 160. A. coll. Fabricio B. G. T. III. p. 34. H. non vero Dioclidae.

plicem; ut leviora taceam. Herodotus V. 68. de Clisthene Sicyoniorum tyranno — φυλὰς δὲ τὰς Δωριέων, ἵνα δὴ μὴ αἱ αὐταὶ ἔωσι τοῖσι Σικυωνίοισι καὶ τοῖσι Ἀργείοισι, μετέβαλε ἐς ἄλλα οὐνόματα, quibus postea abjectis, prisca revocasse Sicyonios, — Ὑλλέας καὶ Παμφύλους καὶ Δυμανάτας — —. Stephanus v. Ὑλλεῖς, — Ἔστιν Ὑλλὶς καὶ φῦλη Ἄργους καὶ Δωριέων καὶ Τροιζηνίων· — Χάραξ θ' „Καὶ Παμφύλιοι καὶ Ὑλλεῖς.“ Idem v. Παμφυλία — —, ὁ φυλέτης Πάμφυλος, ἀλλὰ καὶ Παμφύλιος. (ubi temere pro φυλ. — οἰκήτωρ corrigit Pinedo; dicere debebat aut deesse quaedam, aut Stephanum inscite ab Hermolao fuisse excerptum; nam haud dubie quaedam ille de Doriensium tribu dixerat.) Jam vero nusquam Ὑρνιθίας mentio ulla obvia venit; et sunt illa verba, quae uncis inclusi, quamvis neminem doctorum offenderunt, (nisi quod verba ἐξ Ἡρακλέους expungi voluit Valesius; Burmannus autem, reposita voce Ὑλλεῖς post Δυμᾶνες, sic scribi: ἐκ τοῦ Ἡρ., scilicet filio;) νοθείας valde suspecta. Non eam quartam tribum Ephori locus agnoscit, licet illud proximum, ὡς Ἔφορος, de ea potissimum agi significet. Aut igitur admodum fallor, aut glossema, a docta manu margini adpictum, in ipsum textum irrepsit. Indicare aliquis videtur voluisse, non Hylleorum modo tribum ex Herculis domo (ἐξ Ἡρακλέους) fuisse additam Doriensibus, sed *Hyrnithiam* quoque; quae, caeterum ignota, nomen ducere poterat ab Ὑρνήθῳ, Temeni filia (Apollodorus II. 8, 5. Pausanias II. 19, 23, 26.), a qua et locus quidam in

Epidauriorum agro Τρνήθιον (Τρνίθιον habet Stephanus s. v. quod Facium fugit) adpellatus est. Pausan. II. 28. Res ipsa, quam Ephori locus tangit, illustratur Diodori Sic. L. IV. cap. 37. — πολέμου συνεστῶτος τοῖς Δωριεῦσι τοῖς Ἑστιαιῶτιν καλουμένην οἰκοῦσιν, ὧν ἐβασίλευεν Αἰγίμιος, καὶ τοῖς Λαπίθαις τοῖς περὶ τὸν Ὀλύμπον ἱδρυμένοις — — οἱ Δωριεῖς κατέφυγον ἐπὶ τὸν Ἡρακλέα, καὶ σύμμαχον αὐτὸν ἐκάλεσαν ἐπὶ τρίτῳ μέρει τῆς Δωρίδος χώρας καὶ τῆς βασιλείας. Hercules bello confecto Αἰγιμίῳ μὲν ἐπιβάλλον τῆς χώρας τρίτον μέρος παρέθετο, καὶ παρεκελεύσατο φυλάττειν τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ. Quam πατρῴαν παρακαταθήκην postea Heraclidas ἐλθόντας παρ' Αἰγίμιον, ἀπαιτήσαντας μετὰ Δωριέων κατοικῆσαι, idem refert L. IV. c. 58. coll. Strab. L. IX. p. 653. Ex his vero finibus *Heraclidae* profecti Peloponnesum occupavere. Strabo L. IX. p. 654: — ἐντεῦθεν ὁρμηθεῖσι τοῖς Ἡρακλείδαις ὑπῆρξεν ἡ εἰς Πελοπόννησον Κάθοδος, comitantibus eos ipsis Aegymii filiis *Dyma* et *Pamphylo*, (πινδόθεν ὀρνύμενοι, Pindarus P. I. 126. et V. 96. cum Schol. p. 599. H.) qui deinde in pugna simul mortem occubuere (Apollodorus II. 7. 7. et II. 8. 3.). Namque Μεταναστάντος Ἡρακλέους εἰς θεοὺς (incipiunt Apollod. II. 8. 1. Isocrat. Archid. V. p. 178. Diod. IV. 57.) οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα πρὸς Κήυκα (Trachinis regem) παρεγένοντο. A quo rejecti, (v. *Hecataei* Fragmm. p. 54 sq.) *Atheniensium* auxilium imploravere; qui non solum urbe eos receperunt, sed etiam Eurystheum infesto exercitu insecutum ad

internecionem usque profligarunt [3]). (Heyn. ad Apollod. p. 202.) Ἀπολομένου δὲ Εὐρυσθέως ἐπὶ Πελοπόννησον ἦλθον οἱ Ἡρακλεῖδαι, καὶ πάσας εἷλον τὰς πόλεις. ἐπὶ ἐνιαυτοῦ δὲ αὐτοῖς ἐν τῇ καθόδῳ γενομένοις, φθορὰ (i. e. pestis) πᾶσαν Πελοπόννησον κατέσχε. καὶ ταύτην γενέσθαι χρησμὸς διὰ τοὺς Ἡρακλείδας ἐδήλου· πρὸ γὰρ τοῦ δέοντος αὐτοὺς κατελθεῖν. ὅθεν ἀπολιπόντες Πελοπόννησον, ἦλθον εἰς Μαραθῶνα, κἀκεῖ κατῴκουν (Apollod. II. 8. 2.). Cujus *primae* Heraclidarum incursionis et mentionem invenimus in memorabili Ephori fragmento.

11.

Schol. Pindari Pyth. V. 101. (T. II. p. 660 H.) — Ἀπὸ Σπάρτας — — ὅθεν γεγεναμένοι Ἵκοντο Θήρανδε φῶτες Αἰγεΐδαι ἐμοὶ πατέρες, οὐ Θεῶν ἄτερ·] Διτταὶ αἱ τῶν Θήβηθεν Αἰγειδῶν εἰς Σπάρτην ἀφίξεις· προτέρα μὲν ἡ σὺν τοῖς Δωριεῦσι καὶ

3) Haec res ab Atheniensium omnis generis scriptoribus ita ab *Herodoto* inde (IX. 27.) decantabatur, ut *Aristoteles* (Rhetor. II. p. 230.) πῶς ἂν diceret δυναίμεθα ἐπαίνειν τοὺς Ἀθηναίους, εἰ μὴ ἔχοιμεν ἢ — — ἢ τὰ ὑπ' Ἡρακλειδῶν πραχθέντα; Cf. *Lacrozii* Thesaur. Epistt. T. III. p. 247. In hac vero omni narratione eam nobis legem scripsimus, ut ne quid admittamus, quin sit cum Ephori reliquiis conjunctum. Nam tota Heraclidarum historia, turbarum et controversiarum plena, proprium sibi disputandi locum postulat.

Ἀριστοδήμῳ ἧς μέμνηται Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ λέγων, Ὕλλον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀποτυχόντας τῆς ἐπὶ Σπάρτην στρατείας ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν τίνας τῶν Ἑλλήνων ποιήσονται πρὸς τὴν κάθοδον συμμάχους· τὸν δὲ ἀνελεῖν, τοὺς ὑπὸ Ἡρακλέους εὐεργετηθέντας· πρώτους δὲ τούτους κελεῦσαι Αἰγείδας παρακαλεῖν· ὑπολαμβάνοντας δὲ ταῦτα εὐλόγως προςτεταχέναι τὸν θεὸν ἐλθεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας πρῶτον εἰδότας Θησέα τὸν Αἰγέως μέγιστα πάντων ὑφ' Ἡρακλέους εὐεργετημένον, εὖ δέχειν τὴν μαντείαν νομίζοντας καὶ πρώτους τοὺς Θησέως τοῦ Αἰγέως ἀπογόνους ἐκάλουν πρὸς τὸ μὴ τῆς καθόδου διαμαρτεῖν.

Reliqua hujus loci (nam Pindari enarrator uberioris Ephori narrationis diversas partes, pro suo consilio, haud dubie in unum contraxit,) infra exhibenda sunt; illud jam liquet Hyllum, diremta priori expeditione, Peloponnesum iterum aggressurus oraculi responsa scitatum esse. (Nam: „In omni Heraclidarum historia ad oracula rerum eventus referri solent: seu ipsius aetatis seu tragicorum more, callide ad fatalem necessitatem rerum eventus revocantium.“ *Heynius* ad Apoll. p. 203, qui tamen, quod mireris, Ephori loci nullibi meminit.) Verum notari debet, diversa ab aliis scriptoribus tradi oracula, quae perperam interpretatus, frustra reditum conatus sit Hyllus. Nimirum exspectanti τὸν τρίτον κάρπον (sc. hominum, i. e. tertiam generationem) via facienda erat διὰ ὁδοῖο στενυγρῆς (i. e. per angustum maris sinum); quae ille de *triennio* et *Isthmo* male intellexit. (Apollod. II. 8.

2. Schol. Thucyd. I. 12. Euseb. Pr. Ev. V 20. Schol. Aristid. T. II. p. 214. I.) Hyllus igitur, adsumtis Atheniensibus, Peloponnesi fauces intravit. Ἀτρεὺς δὲ, μετὰ τὴν Εὐρυσθέως τελευτὴν καταλαβόμενος τὴν ἐν Μυκήναις βασιλείαν (Thucyd. I. 9.), καὶ προςλαβόμενος συμμάχους Τεγεάτας, καί τινας ἄλλους, ἀπήντησε τοῖς Ἡρακλείδαις. Κατὰ δὲ τὸν Ἰσθμὸν τῶν στρατοπέδων ἀθροισθέντων, Ὕλλος μὲν ὁ Ἡρακλέους εἰς μονομαχίαν προεκαλήσατο τῶν πολεμίων τὸν βουλόμενον· (Diodor. IV. 58. cum Wessel. Obss. pag. 302.) Ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι ταῦτα εἶναι ποιητέα, καὶ ἔταμον ὅρκια ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε· ἢν μὲν Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, κατιέναι Ἡρακλείδας ἐπὶ τὰ πατρώϊα· ἢν δὲ νικηθῇ, τὰ ἔμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλάσσεσθαι, καὶ ἀπάγειν τὴν στρατίην, ἑκατόν τε ἐτέων μὴ ζητῆσαι κάθοδον ἐς Πελοπόννησον (Herodot. IX. 26 ibique itpp. p. 703. Pausan. VIII. 5 et 45.) Tum *Echemus* Tegeates, pugna singulari facta, Hyllum interficit; Heraclidae, pars Tricorythum (quae cum Marathone est in Tetrapoli Attica) pars ad Dorienses, pars Thebas, ubi Alcmene degebat, concesserunt.

12.

Schol. Euripid. Phoeniss. vs. 7. — de Harmonia: Ἔφορος δὲ Ἠλέκτρας καὶ Ἄτλαντος αὐτὴν εἶναι λέγει· Κάδμον δὲ παραπλέοντα τὴν Σαμοθρᾴκην ἁρπάσαι αὐτήν· τὴν δὲ ἐς τιμὴν τῆς μητρὸς ὀνομάσαι τὰς Ἠλέκτρας πύλας· καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ ζητοῦσιν αὐτὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς.

Quae verba ut huc reponerem, me permovit Antonini Liberalis cap. XXXIII, qui (auctore *Pherecyde*, v. Fragmm, p. 197. quem locum corrigit Bastius Ep. Crit. p. 187 — 190 ed. lat.) Heraclidas narrat, caeso Eurystheo, Thebas ad Alcmenen se contulisse, παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας. Sic enim (s. Ἠλεκτρίαδαι, s. Ἠλεκτρίδες) quaedam Thebarum porta adpellabatur. Vid. *Valcken.* ad Schol. Euripid. Phoen. pag. 120. Schol. Pindari Isth. IV. 104. pag. 827. H. *Facius* ad Pausan. T. III. pag. 27. De Harmonia vero, quam alii aliter γενεαλογοῦσι, vid. *Hugius* in praestanti libro Untersuchungen über den Mythus cet. pag. 226. *Wesseling* ad Diodor. T. I. p. 309. *Kannius* ad Cononis Narratt. p. 145. [4]) *Olympiodorus* apud Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 250. De Alcmene quoque, ubi diem obierit, disceptant scriptores. Vid. Diod. IV. 58. Pausan. I. 41.

Mox *Cleodaeus* Hylli f. iterum reditum tentavit, XXX. fere a Troja capta anno, post ejus filius *Aristomachus* (Apollod. II. 8. 2, 5 sq. Pausanias II. 7. T. I. pag. 205 Fac.); tandem reditum perfecerunt Aristomachi filii, *Temenus, Cresphontes*, *Aristodemus*, meliorem oraculorum interpretationem secuti.

4) Idem ibid. p. 108 et 113 *Ephorum* dicit narrare Dardanum e Pheneo urbe profectum in Samothraciam migrasse. Velim locum designasset. Nunc quidem nihil ejusmodi reperi.

13.

Schol. Pindar. Pyth. l. l. (vid. Fragm. 11.) — — Ἔπειτα Ἔφορός φησιν τὸν Ἀριστόδημον διὰ τῆς Βοιωτίας πορευόμενον καταλαβεῖν θύοντάς τινας τῶν Θηβαίων παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ τοῦ κήρυκος ἀκούσαντα τοῖς Αἰγείδαις εὐχομένου τὰ ἀγαθὰ, λαβεῖν περὶ τῆς μαντείας ἔννοιαν, καὶ νομίσαντα δεῖν, ἐπειδὴ τοὺς Ἀθήνηθεν Αἰγείδας πρώτους παρακαλοῦντες διήμαρτον, τοὺς ἐκ τῶν Θηβῶν συμμάχους μετελθεῖν προτέρους· κατὰ τύχην δὲ ταύτῃ τῇ στρατείᾳ τῶν Ἡρακλειδῶν τὴν Πελοπόννησον κατασχόντων ἡγοῦντο τὸ μαντεῖον εἰρῆσθαι περὶ τῶν ἐν Θήβαις Αἰγειδῶν.

Et alium Pindari locum illustrem Ephorus exposuisse videtur, Isthm. VII. 18. ubi *Thebas* alloquitur: Ἠ Δωρίδ' ἀποικίαν ἀνίκ' ὀρθῷ Ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ Λακεδαιμονίων, ἕλον δ' Ἀμύκλας Αἰγεῖδαι, σέθεν ἔκγονοι, Μαντεύμασι Πυθίοις. (Cf. Heyn. nott. p. 643. et Schol. p. 848. qui vero omnia miscet.) Dignusque erat ille, qui talem interpretem nancisceretur. *Pindarus* enim is visus est Aristīdi (Oratt. T. II. p. 360 I.) ὅςπερ μάλιστ' ἀληθείας ἀντέχεται τῶν ποιητῶν περὶ τὰς ἱστορίας. Sed potius crediderim Aegidas affinitatis conjunctione cum Heraclidis esse profectos. Nam Αἰγεὺς, (ἀπὸ τοῦ Αἰγεῖδαι καλεῦνται, φυλὴ μεγάλη ἐν Σπάρτῃ Herodot. IV. 149.) filius erat τοῦ Οἰολύκου, τοῦ Θήρα, τοῦ Αὐτεσίωνος, τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, τοῦ Πολυνείκεος· ἦν δὲ ὁ Θήρας οὗτος, γένος ἐὼν Καδμεῖος, τῆς μητρὸς ἀδελφεὸς τοῖσι Ἀριστοδήμου παισὶ, Εὐρυσθένεϊ καὶ

Προκλέι· ἐόντων δ' ἔτι τῶν παίδων τούτων νηπίων, ἐπιτροπαίην εἶχε ὁ Θήρας τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιληΐην. (Ibid. cap. 147. Pausan. IV. 7, 3.) Quod Aegidae apud Ephorum et Pindarum occurrunt, antequam Aegeus, a quo nomen duxerunt, natus fuerit, haud difficile est explicatu, praesertim cum, ut est haec obscurissima narrationis pars, ἔνιοι φασὶ, ὅτι οὕτως ὀνομάζονται ἀπὸ Αἰγέως τινὸς, Θηβαίου, ὃν συνεργῆσαι τοῖς Ἡρακλείδαις φασὶ πρὸς τὴν κατάκτησιν τῆς Λακωνικῆς (Schol. Pind. pag. 848.). Heraclidae igitur, ex Apollinis mente, mari trajectum faciunt, fabricatis Naupacti navibus.

14.

Strabo X. p. 653. De Naupacto: Ὠνόμασται δ' ἀπὸ τῆς ναυπηγίας τῆς ἐκεῖ γενομένης, εἴτε τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων (quae est Apollodori sententia II. 8, 2, 8. et Pausaniae X. 38.) εἴθ', ὥς φησιν Ἔφορος, Λοκρῶν ἔτι πρότερον παρασκευασάντων. Ex Strabone haec repetiit Eustathius ad Il. B. 276. Stephanus Byz. v. Ναύπακτος (ἀπὸ ναυπηγίας τῶν Ἡρακλειδῶν ὡς Στράβων καὶ Ἔφορος) Ephori voluntatem non adsecutus est. Videntur autem peculiari navium genere usi esse; hoc certe significat Grammaticus doctus Seguer. (Anecd. Gr. Bekkeri T. I. p. 305.) Στεμματιαῖον, μίμημα τῶν σχεδιῶν αἷς ἔπλευσαν οἱ Ἡρακλεῖδαι τὸν μεταξὺ τῶν Ῥίων τόπον. Unde fortasse lucem accipiet Pausaniae locus, nondum explicatus, III. 20. (T. I. p. 423 Fac.) ubi memoratur Καρνείου τέμενος κατὰ τὴν ὁδὸν (quae Lacedae-

mone Arcadiam versus ducebat,) ἐπίκλησιν Στεμματίου. Poterat Apollo, uti Καρνείου, (ex quorundam sententia) ita Στεμματιαίου (sic in Pausan. legerim) nomine tunc primum vocitari. Hesychius v. Στεμματιαῖον (δίκηλόν τι ἐν ἑορτῇ πομπέων δαίμονος) cum itpp. T. II. pag. 1266. parum auxilii praebet. Ἐκεῖ δὲ ὄντος τοῦ στρατεύματος, Ἀριστόδημος κεραυνωθεὶς ἀπέθανε, παῖδας καταλιπὼν ἐξ Ἀργείας τῆς Αὐτεσίωνος διδύμους Εὐρυσθένη καὶ Προκλέα· (Ap. II. 8, 3.) Simul *Carno* [5]) vate ab Hippote occiso, disjecta classe et multitudine fame consumta, res successu caruit. (Qualis inopia exercitum invaserit, monstrat Porphyrius, de Abstin. I. p. 36 ed. R.: ἐν δὲ τῇ καθόδῳ τῶν Ἡρακλειδῶν οἱ ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα στρατεύοντες μετ' Εὐρυσθένους καὶ Προκλέους ἐν ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων ὄφεις ἔφαγον, οὓς ἔδωκεν ἡ γῆ τότε τροφὴν τῷ στρατεύματι.) Apollinis igitur jussu Hippotes exulatum abit, *Oxylus* τριόφθαλμος dux adsumitur. (Heyn. Obss. ad Ap. p. 207. „Dolendum est ex his historiis, *ex quibus omnis vete-*

5) Ab hoc celebre Lacedaemoniorum festum, τὰ Καρνεῖα s. Καρνέα, dictum nonnulli voluerunt. Pausan. III. 13. Quem sua, ut plurima alia, *Ephoro* debere persuasum habeo. Sed tamen homo iste ne nominat quidem ullibi Ephorum. Schol. Theocr. V. 83. (p. 81 Reisk.) postquam varia de Carno et origine festi protulerat, subjungit: ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Θεοπόμπῳ; fortasse Ἐφόρῳ voluit. Nam uterque cum saepe conjungerentur, saepe sunt permutati.

ris Graeciae conditio repetenda erat, per summam tantum narrationem ad nos pervenisse!“)

15.

Strabo VIII. p. 547 seqq. T. II. p. 147 Tzsch. Ταῦτα Ἔφορος δέ φησιν, Αἰτωλὸν ἐκπεσόντα ὑπὸ Σαλμωνέως τοῦ βασιλέως Ἐπειῶν τε καὶ Πισατῶν ἐκ τῆς Ἠλείας εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ὀνομάσαι τε ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν χώραν, καὶ συνοικίσαι τὰς αὐτόθι πόλεις· τούτου δ' ἀπόγονον ὑπάρξαντα Ὄξυλον φίλον τοῖς περὶ Τέμενον Ἡρακλείδαις, ἡγήσασθαί τε τῶν ὁδῶν κατιοῦσιν εἰς Πελοπόννησον, καὶ μερίσαι τὴν πολεμίαν αὐτοῖς χώραν, καὶ τἄλλα ὑποθέσθαι τὰ περὶ τὴν κατάκτησιν τῆς χώρας· ἀντὶ δὲ τούτων λαβεῖν χάριν, τὴν εἰς τὴν Ἠλείαν κάθοδον προγονικὴν οὖσαν· κατελθεῖν δὲ ἀθροίσαντα στρατιὰν ἐξ Αἰτωλίας ἐπὶ τοὺς κατέχοντας Ἐπειοὺς τὴν Ἦλιν· ἀπαντησάντων δε τῶν Ἐπειῶν μεθ' ὅπλων, ἐπειδὴ ἀντίπαλοι ἦσαν αἱ δυνάμεις, εἰς μονομαχίαν προελθεῖν κατὰ ἔθος τι παλαιὸν τῶν Ἑλλήνων, Πυραίχμην Αἰτωλὸν, Δέγμενον δ' Ἐπειόν· τὸν μὲν Δέγμενον μετὰ τόξου ψιλὸν, ὡς περιεσόμενον ῥᾳδίως ὁπλίτου διὰ τῆς ἐκηβολίας· τὸν δὲ μετὰ σφενδόνης καὶ πήρας λίθων, ἐπειδὴ κατέμαθε τὸν δόλον· τυχεῖν δὲ νεωστὶ ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν εὑρημένον τὸ τῆς σφενδόνης εἶδος· μακροβολωτέρας δ' οὔσης τῆς σφενδόνης, πεσεῖν τὸν Δέγμενον, καὶ κατασχεῖν τοὺς Αἰτωλοὺς τὴν γῆν, ἐκβαλόντας τοὺς Ἐπειούς [a])· παραλαβεῖν δὲ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ὀλυμπίᾳσιν, ἣν εἶχον οἱ Ἀχαιοί· διά τε τὴν Ὀξύλου φιλίαν πρὸς τοὺς Ἡρακλείδας, συνομο-

λογηθῆναι ῥαδίως ἐκ πάντων μεθ' ὅρκου τὴν Ἠλείαν ἱερὰν εἶναι τοῦ Διός· τὸν δ' ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώραν ταύτην μεθ' ὅπλων, ἐναγῆ εἶναι· ὡς δ' αὔτως ἐναγῆ καὶ τὸν μὴ ἐπαμύνοντα εἰς δύναμιν· ἐκ δὲ τούτου καὶ τοὺς κτίσαντας τὴν Ἠλείων πόλιν ὕστερον, ἀτείχιστον ἐᾶσαι, καὶ τοὺς δι' αὐτῆς τῆς χώρας ἰόντας στρατοπέδῳ, τὰ ὅπλα παραδόντας, ἀπολαμβάνειν μετὰ τὴν ἐκ τῶν ὅρων ἔκβασιν [b])· Ἴφιτόν τε θεῖναι τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, ἱερῶν ὄντων τῶν Ἠλείων· ἐκ δὴ τῶν τοιούτων αὔξησιν λαβεῖν τοὺς ἀνθρώπους· τῶν γὰρ ἄλλων ἀεὶ πολεμούντων πρὸς ἀλλήλους, μόνοις ὑπάρξαι πολλὴν εἰρήνην· οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξένοις, ὥςτε καὶ εὐανδρῆσαι μάλιστα πάντων παρὰ τοῦτο. Φείδωνα δὲ τὸν Ἀργεῖον δέκατον μὲν ὄντα ἀπὸ Τημένου, δυνάμει δ' ὑπερβεβλημένον τοὺς κατ' αὐτὸν, ἀφ' ἧς τήν τε λῆξιν ὅλην ἀνέλαβε τὴν Τημένου διεσπασμένην εἰς πλείω μέρη· καὶ μέτρα ἐξεῦρε τὰ Φειδώνεια καλούμενα, καὶ σταθμοὺς, καὶ νόμισμα κεχαραγμένον, τό,τε ἄλλο, καὶ τὸ ἀργυροῦν· πρὸς τούτοις, ἐπιθέσθαι καὶ ταῖς ὑφ' Ἡρακλέους αἱρεθείσαις πόλεσι, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἀξιοῦν τιθέναι αὐτὸν, οὓς ἐκεῖνος ἔθηκε· τούτων δὲ εἶναι καὶ τὸν Ὀλυμπιακόν· καὶ δὴ βιασάμενον ἐπελθόντα θεῖναι αὐτὸν, οὔτε τῶν Ἠλείων ἐχόντων ὅπλα, ὥςτε κωλύειν διὰ τὴν εἰρήνην, τῶν τε ἄλλων κρατουμένων τῇ δυναστείᾳ· οὐ μὴν τούς γε Ἠλείους ἀναγράψαι τὴν θέσιν ταύτην· ἀλλὰ καὶ ὅπλα κτήσασθαι διὰ ταῦτα, καὶ ἀρξαμένους ἐπικουρεῖν σφίσιν αὐτοῖς· συμπράττειν δὲ καὶ Λακεδαιμονίους, εἴτε φθονήσαντας τῇ διὰ τὴν εἰρήνην εὐτυχίᾳ, εἴτε καὶ συνεργοὺς ἕξειν νομίσαντας

πρὸς τὸ καταλῦσαι τὸν Φείδωνα ἀφῃρημένον αὐτοὺς τὴν ἡγεμονίαν τῶν Πελοποννησίων, ἣν ἐκεῖνοι προεκέκτηντο· καὶ δὴ καὶ συγκαταλῦσαι τὸν Φείδωνα c)· τοὺς δὲ συγκατασκευάσαι τοῖς Ἠλείοις τήν τε Πισᾶτιν, καὶ τὴν Τριφυλίαν.

a) Idcirco Herodotus (VIII. 73.) ubi de septem populis Peloponnesum incolentibus: Δωριέων μὲν πολλαί τε καὶ δόκιμοι πόλις, Αἰτωλῶν δὲ Ἦλις μούνη. Cf. Pausan. V. 4 seqq. qui haec copiosius exponit. *Pyraechmi* effigiem in signo marmoreo fundatoris sibi agnoscere visus est vir immortalis, *Winkelmannus*, Hist. Art. T. IV. p. 18 ed. Dresd.

b) Cf. qui eadem tradiderunt, Polybius IV. 73. Diodorus XIV. 17. ibiq. Wessel. T. I. p. 653. et T. II. pag. 547. Pausan. V. 8 seq. Fuerant autem, priusquam Olympica certamina instituerentur, antiquitus in Peloponneso, adeoque *Elide*, ludi agonistici, quorum Nestor meminit in Hom. Il. IX. 699. ibiq. *Heynii* Nott. et Observv. T. VI. p. 244.

c) De hoc Phidone Herodotus VI. 127. narrat, ad Clisthenis certamen (Olymp. LII.) venisse et Leoceden, filium Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου, Φείδωνος δὲ (fort. inserendum ἀπογόνου,) τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἁπάντων, ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἠλείων ἀγωνοθέτας, αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκε. Pausanias, VI. 22. Pisaei ὀλυμπιάδι τῇ ὀγδοῇ

τὸν Ἀργεῖον ἐπηγάγοντο Φείδωνα, τυράννον τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντα. Jam vides, nisi nostra vel similis emendatio in Herodoto locum inveniet, quanta exoriatur temporum turbatio, quae in reliquis scriptoribus tolli quodammodo potest. Vid. *Larcherius* in Mém. de Litterature — — de Paris T. 46. p. 27 — 50. Tzschuckius ad Strab. T. III. p. 151. Sed de Phidone infra (L. IV.) plura dicemus.

16.

Oxylo igitur duce Heraclidae terra marique Peloponnesum adorti sunt; Tisamenum, Orestis filium Lacedaemone regnantem, proelio fugarunt; terram sortitione facta diviserunt. (Apollod. II. 8, 3 seq.)

Strabo VIII. p. 597. fin. Οὐκ ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τοὺς οἰκιστὰς προσθεῖναι, τῶν τὴν Πελοπόννησον οἰκούντων, οὓς εἶπεν Ἔφορος, τοὺς μετὰ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον· Κορίνθου μὲν Ἀλήτην, Σικυῶνος δὲ Φάλκην, Ἀχαΐας δὲ Τισαμενὸν, Ἤλιδος δ' Ὄξυλον, Μεσσήνης δὲ Κρεσφόντην, Λακεδαίμονος δ' Εὐρυσθένη καὶ Προκλῆ, Ἄργους δὲ Τέμενον καὶ Κείσον, καὶ τῶν περὶ τὴν Ἀκτὴν Ἀγαῖον καὶ Δηϊφόντην.

Haec partim exhibet Plato, de Legg. III. 683. E. — — Καὶ βασιλεὺς μὲν Ἄργους Τέμενος ἐγίγνετο· Μεσσήνης δὲ Κρεσφόντης, Λακεδαίμονος δὲ Προκλῆς [6]) καὶ Εὐρυσθένης. *Phalcem* (Temeni

6) Vulgatum Πατροκλῆς sic emendavit *Spanhemius*

f.) νυκτὼρ σὺν Δωριεῦσι Sicyonem occupasse tradit Pausan. II. 6. (ibiq. Fac. T. I. p. 202.): καὶ Δωριεῖς μὲν Σικυώνιοι γεγόνασι ἀπὸ τούτου καὶ μοῖρα τῆς Ἀργείας. *Tisamenus*, cui Achaia obvenit, est Orestis filius, inque eam Lacedaemone et Argis pulsus, cum filiis, ejectis Ionibus, concessit. Vid. Pausanias II. 18. (qui locus classicus est ad cognoscendam Peloponnesi eo tempore conditionem) et VII. 6. Polybius II. 51: Τισαμενὸς — ὃς ἦν Ὀρέστου μὲν υἱὸς, κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἐκπεσὼν τῆς Σπάρτης κατέσχε τοὺς περὶ Ἀχαΐαν τόπους; et, qui eadem habet, Strabo VIII. p. 588. C. Uterque fortasse ex Ephoro. Sed Apollod. II. 8, 3, 5. Tisamenum dicit interemtum proelio ab Heraclidibus fuisse, nil monente Heynio. — Postrema verba ab Ἄργους inde, quae sic vulgantur: Ἀ. δὲ Τ. καὶ περὶ τὴν Ἀκτὴν Αἰγαῖον, καὶ Δ., uncis circumscripsit *Casaubonus*, quia in plerisque Codd. deficerent, mutilaque viderentur, corrigere

ad Juliani Or. I. p. 129. laudatus etiam a *Boeckhio* ad Platonis Min. pag. 167. Quam utriusque vocis permutationem et alibi DD. VV. sustulerunt. Cf. *Wesselingius* ad Herod. III. p. 221. *Davisius* ad Cicer. de Divin. II. 43. *Casaubonus* ad Strab. VIII. pag. 560. (quamvis ipse permutat, X. pag. 737.) *Tzschuckius* ad Strab. X. T. IV. p. 285. Facius ad Pausan. II. p. 289. *Siebelis.* ad Philoch. Fragmm. pag. 46. et auctuar. ad Phanodem. pag. 89. Neque *Rhoerio* (ad Porphyr. de Abstin. I. p. 36.) possum accedere, utrumque nomen usurpari promiscue putanti.

instituit *Heynius* ad Apollod. p. 210: καὶ τὴν ἀκτὴν ἀντιπέραν τῆς Αἰγίνης Δ., quoniam Deiphontes τὴν Ἐπιδαυρίαν in ditionem accepisset (Pausan. II. 26.); ea exhibui ex emendatione nuperi interpretis (T. III. pag. 286. Paris. 1812.), vestigia sequentis codicum, Epitomen Strabonis (T. II. p. 1263.), interpretationem Guarini, Wesselingium ad Diod. Sic. XV. 31. et praecipue Scymnum Chium vs. 530 seqq., cujus totus locus itidem ex Ephoro adumbratus est. De *Ciso*, *Argaeo* (s. Agaeo s. Agraeo s. Agelao. Pausan. II. 28. Apollod. II. 8, 5, 3.), Temeni filiis, *Deïphonte*, Temeni genero, vid. ll. ll. In Pausaniae L. II. 26. (T. I. p. 274 Fac.) pro Ἀργείοις et Ἀργεῖοι rectius fortasse legatur Ἀργαίῳ et Ἀργαῖος. Idem (II. 28.) Deïphontis filiam Orsobiam Pamphylo, Aegymii f., nupsisse ait, quem multo antea mortuum esse supra vidimus.

17.

Schol. Platonis p. 96, illustrans proverbium ὁ Διὸς Κόρινθος, laudat Aristophanem Ranis vs. 442. coll. Eccles. 823.) et Tagenistis, καὶ Ἔφορος ἐν ά Ἱστοριῶν, quod quomodo huc pertineat, indicare videtur Schol. Pindari Nem. VII. 155. (p. 749 H.): Ἀλήτης ἐλθὼν περὶ τῆς ἐν Κορίνθῳ βασιλείας προςῆλθε τῷ μαντείῳ τῷ ἐν Δωδώνῃ, ὅ ἐστι τοῦ Διὸς, καὶ ἔχρησεν αὐτῷ τότε κρατήσειν, ὅτε τις δῷ βῶλον γῆς· ἐπιθέσθαι δὲ ἡμέρᾳ πολυστεφάνῳ. ἐλθὼν οὖν ἐν Κορίνθῳ ᾔτει τινὰ ἀγροῖκον ἄρτον ὁ Ἀλήτης. ὁ δὲ λαβὼν βῶλον ἔδω-

κεν. ἐτελεῖτο δὲ καὶ θυσία τοῖς νεκροῖς ἐν Κορίνθῳ, δι' ἣν τῆς πόλεως ἐν μνήμασιν οὔσης ἐπέρχεται ὁ Ἀλήτης, καὶ εὗρε Κρέοντος θυγατέρας περὶ συνθήκας γενομένας. ἔφησέ τε, ἐὰν κρατήσῃ, ἕξειν τὴν νεωτέραν αὐτῶν πρὸς γάμον. καὶ πείθεται ἡ κόρη, καὶ προδίδωσι τὴν πόλιν, τὰς πύλας ἀνοίξασα, καὶ κρατεῖ ὁ Ἀλήτης, καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν, Διὸς Κόρινθον, ἐπειδὴ διὰ τῆς μαντείας τοῦ Διὸς ἡ ἀρχὴ εἰς αὐτὸν ἦλθε. Sed haec verborum Διὸς Κόρινθος explicatio, neque vero proverbii; hujus originem Schol. Pind. Plat. Aristoph. al. ex historia quadam Corinthiorum deducunt, qui Megarensibus consuetos μητροπόλεως honores ipsis denegantibus, legatis missis, saepius indixerint ὅτι δικαίως στενάξει ὁ Διὸς Κόρινθος, sed Megarenses, pulsis legatis, Corinthiis proelio victis, haec ipsa verba eis cum irrisione regessisse. Quaecunque valde antiquae paroemiae causa fuerit, usurpatam reperimus eam a Pindaro, Aristophane, Platone ἐπὶ τὰ αὐτὰ συνεχῶς λεγόντων, quod praeterea habent Grammatici, ipsorum videtur esse additamentum. Vid. *Simson.* Chron. ad a. 2914. *Schott.* ad Vatican. Prov. III. 13. *Heindorf.* ad Platonis Euthydemum, 50. pag. 369. De *Alete* autem, qui Corintho potitus est, Hippotis filio, Herculis abnepotis, conf. Pausan. II. 4. p, 193. Schol. Pind. Ol. XIII. 17. pag. 442. *Kann.* ad Conon. 26. pag. 124. *Wesseling.* ad Diod. Fragm. T. II. p. 635. *Ruhnkenius* ad Vellej. Pat. pag. 11, 12. *Larcher.* Chronol. Herodot. Cap. XVIII.

18.

Strabo VIII. p. 560. (T. III. p. 187 Tz.) Φησὶ δ' Ἔφορος καὶ τοὺς κατασχόντας τὴν Λακωνικὴν Ἡρακλείδας, Εὐρυσθένη τε καὶ Προκλῆ [a]); διελεῖν εἰς ἓξ μέρη, καὶ πολίσαι τὴν χώραν· μίαν μὲν οὖν τῶν μερίδων τὰς Ἀμύκλας ἐξαίρετον δοῦναι τῷ προδόντι [b]) αὐτοῖς τὴν Λακωνικὴν, καὶ πείσαντι τὸν κατέχοντα αὐτὴν, ὑπόσπονδον ἀπελθεῖν μετὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς τὴν Ἰωνίαν· τὴν δὲ Σπάρτην βασίλειον ἀποφῆναι σφίσιν αὐτοῖς· εἰς δὲ τὰς ἄλλας πέμψαι βασιλέας, ἐπιτρέψαντας δέχεσθαι συνοίκους τοὺς βουλομένους τῶν ξένων, διὰ τὴν λειπανδρίαν· χρῆσθαι δὲ λαϊμένῳ. . . . .
εὐλίμενον αἰτνὶ δὲ πρὸς τοὺς πολέμους . . . . .
γὰρ ὁμορεῖν τοῖς κύκλῳ φεραία δὲ . . . .
ἀπὸ τῶν ἐντὸς ἀσφάλειαν ἐχούσῃ· ὑπακούοντας δ' ἅπαντας τοὺς περιοίκους Σπαρτιατῶν, ὅμως ἰσονόμους εἶναι, μετέχοντας καὶ πολιτείας καὶ ἀρχείων· καλεῖσθαι δὲ εἵλωτας· Ἆγιν δὲ τὸν Εὐρυσθένους ἀφελέσθαι τὴν ἰσοτιμίαν, καὶ συντελεῖν προςτάξαι τῇ Σπάρτῃ· τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὑπακοῦσαι, τοὺς δ' Ἑλείους, τοὺς ἔχοντας τὸ Ἕλος, ποιησαμένους ἀπόστασιν κατὰ κράτος ἁλῶναι πολέμῳ, καὶ κριθῆναι δούλους ἐπὶ τακτοῖς τισιν, ὥςτε τὸν ἔχοντα μήτ' ἐλευθεροῦν ἐξεῖναι, μήτε πωλεῖν ἔξω τῶν ὅρων τούτους· τοῦτον δὲ λεχθῆναι τὸν πρὸς τοὺς Εἵλωτας πόλεμον.

a) Et hic Πατροκλῆς legitur, nota confusione, v. Tzschuckius. Jam videmus Ephorum aliter tradidisse atque Spartanos ipsos, qui (ap. He-

rodot. VI. 52. ibiq. itpp. pag. 460.) *Aristodemum* dicebant ἀγαγεῖν σφέας ἐς ταύτην τὴν χώραν, τὴν νῦν ἐκτέαται, ἀλλ' οὐ τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας. Conf. *Valesii* Emendatt. VI. 11.

b) Infra hunc (p. 561. D.) *Philonomum* appellat, quem facinoris pudore primum Lemnum profugisse, postea vero rediisse, (ex *Ephoro* puta) narrat *Nicolaus* Damasc. p. 40 Or. ibiq. Annott. p. 188. et Supplem. p. 30. Qui mox sequitur locus, ita in omnibus codicibus mutilus est, ut, nisi meliores libri reperiuntur, prorsus sit de eo desperandum. Certe conjectura sanari nequit. De Helotis vid. quae congessit *Sturzius* ad Hellanici Fragmm. pag. 55 seqq.

19.

Strabo VIII. p. 562. Ἑλλάνικος μὲν οὖν Εὐρυσθένη καὶ Προκλέα φησὶ διατάξαι τὴν πολιτείαν. Ἔφορος δ' ἐπιτιμᾷ, φήσας, Λυκούργου μὲν αὐτὸν μηδαμοῦ μεμνῆσθαι, τὰ δ' ἐκείνου ἔργα τοῖς μὴ προςήκουσιν ἀνατιθέναι· μόνῳ γοῦν Λυκούργῳ ἱερὸν ἱδρῦσθαι, καὶ θύεσθαι κατ' ἔτος· ἐκείνοις δὲ, καίπερ οἰκισταῖς γενομένοις, μηδὲ τοῦτο δεδόσθαι, ὥςτε τοὺς ἀπ' αὐτῶν, τοὺς μὲν Εὐρυσθενίδας, τοὺς δὲ Προκλείδας καλεῖσθαι· οὐδ' ἀρχηγέτας νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοται τοῖς οἰκισταῖς . . . . Καὶ αἰτίαν τούτου λέγει, ὅτι ἐπήλυδας ἀνθρώπους δεξάμενοι δι' ἐκείνων ἐδυνάστευσαν.

Et hunc Ephori locum lacunis laborare, mirae

codicum turbae ostendunt apud Tzschuck. T. III. p. 195. Posteriora verba editores fere omnes (vid. Itpret. Gallic. T. III. pag. 215.) sic resarciunt: — καλεῖσθαι· Ἀγίδας δ᾽ ἀπὸ Ἄγιδος τοῦ Εὐρυσθένους· τοὺς δ᾽ Εὐρυπωντίδας, ἀπὸ Εὐρυπῶντος τοῦ Προκλέους. Τοὺς μὲν γὰρ δυναστεῦσαι δικαίως· τοὺς δὲ, δεξαμένους ἐπήλυδας ἀνθρώπους, δι᾽ ἐκείνων δυναστεῦσαι· Ὅθεν οὐδ᾽ ἀρχηγέτας νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδέδοται τοῖς οἰκισταῖς. De re conf. Plutarch. Lysandr. pag. 447 Francof. Pausan. III. 2. Herodot. VII. 204; VIII. 131. Itpp. ad Hesych. T. I. p. 56. *Lycurgi* vitam factaque in Creticis rebus (L. IV.), Ephoro auctore, commemorabimus.

20.

Strabo VIII. p. 554. Ἔφορος δὲ τὸν Κρεσφόντην, ἐπειδὴ εἷλε Μεσσήνην διελεῖν φησιν εἰς πέντε πόλεις αὐτὴν, ὥστε τὴν Στενύκλαρον μὲν ἐν τῷ μέσῳ τῆς χώρας ταύτης κειμένην, ἀποδεῖξαι βασίλειον αὐτῷ τῆς βασιλείας, ἐντεῦθεν δὲ Ἰαμίτην πέμψαι πρεσβυτὴν εἰς Πύλον καὶ Ῥίον, τοὺς Μεσσηνίους ἅπαντας τοῖς Δωριεῦσιν ἰσονόμους ποιήσοντα· ἀναξιοπαθούντων δὲ τῶν Δωριέων μεταγνόντα μόνην τὴν Στενύκλαρον νομίσαι πόλιν· εἰς τοῦτο δὲ τοὺς Δωριέας συναγαγεῖν ἅπαντας.

Haec verba ex recensione Casauboni (novissimi editoris exemplo, T. III. p. 169.) exhibui; nec attinet codicum varietates persequi. Rem ipsam satis illustrat Pausanias, IV. 3. p. 462 Fac. qui et reliqua Cresphontis fata enarrat, coll. Isocrat. Archidam VII. p. 180. L.

21.

Stephanus v. Ἀρίσβη, πόλις τῆς Τρωάδος. — Κεφάλων δέ φησιν ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθράκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρωάδα τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα γαμεῖ Ἀρίσβην. Ἑλλάνικος δὲ Ἄτειαν αὐτήν φησιν. Ἔστιν ἑτέρα ἐν Λέσβῳ ἀπὸ Ἀρίσβης τῆς Μάκαρος θυγατρός. Ἔφορος δὲ Μέροπος αὐτὴν γενεαλογεῖ, καὶ πρώτην Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμηθῆναι. Ἡρόδοτος δὲ καὶ Ἰάζων Ἀρίσβην καλεῖ ἐν πρώτῃ.

Heynius ad Apollod. Obss. pag. 294 Ephorum etiam *Troïca* attigisse ex h. l. colligit. Sed, uti nunc verba leguntur, *Lesbiaca* potius dicere debebat. Scilicet luxatus est locus, et sic constituendus: Ἑλλάνικος δὲ Βάτειαν 7) αὐτήν φησιν· Ἔφορος δὲ — — γαμηθῆναι. Ἔστιν ἑτέρα — πρώτῃ. Apollodorus III. 12, 5. Ποδάρκης ὁ κληθεὶς Πρίαμος — γαμεῖ πρώτην Ἀρίσβην τὴν Μέροπος. Igitur in marito ab Ephoro dissentit, cf. Heyn. Obss. p. 301; ad Homer. Il. 814. T. IV. p. 406. et VI. 13. T. V. p. 185. Müller. ad Tzetz. in Lycophr. vs. 29. T. I. p. 321. Viris doctis quo minus vitium in

7) Sic pro Ἄτειαν legendum esse ex Apollodoro, Diodoro, al. monuere itpp. Sed tamen haud improbabilem alterius nominis defensionem *Sturzius* ad Hellan. Fr. pag. 100. e Dialecto Aeolica petit, quam saepe literam β initio abjicere, exemplis firmat. Nisi contra statuas, digamma Aeolicum in his vocabulis locum τοῦ β obtinuisse. Vid. *Facius* ad Pausan. T. II. pag. 11. *Dawes*. Miscell. Crit. p. 119.

Stephano animadverterent, obfuisse videtur Eustath. ad Il. B. pag. 894. 33. Rom. — Ἀρίσβα ἐν Λέσβῳ πόλις· ἀπὸ Ἀρίσβης θυγατρὸς Μέροπος ἢ Μάκαρος, ἣν πρώτην ὁ Πάρις ἔσχεν γυναῖκα. Sed hunccc vitioso jam Stephani exemplo usum esse apparet. (Servius ad Aen. II. 32. „Ut *Euphorion* dicit, *Priamus* ex *Arisba* filium vatem suscepit.") Ad Lesbiacam Arisben Stephanus advocat Herodoti I. cap. 151, ubi legitur Ἀρίσβα. Recte. Nam quod Pinedo, Holstenius, Berkelius de *Jazone* scriptore, nescio quo, somniant, hos viros mirum est non vidisse ἰάζων tantundem sonare quam *jonica dialecto*. Jones enim constat non α solum in η, sed vice versa et η in α mutare. Vid. Gregor. de Diall. pag. 445 et 451 ed. nov. Quam sententiam et *Berglero* in mentem venisse, e Wesselingii nota video ad Herod. p. 75. — Nisi rescribi in Stephano placet Ἀρίσβα, in Herodoto Ἀρίσβη, quod hoc Jonum, illud reliquorum scriptorum. Vid. *Heyn.* ad Hom. II. 836. T. IV. p. 414. *Mannerti* Geogr. T. IV. III. p. 416 et 515. al.

22.

Harpocration Κέβρην, πόλις τῆς Τρῳάδος, Κυμαίων ἀποικία, ὥς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ. De hac urbe v. *Berkel.* ad Steph. p. 464. *Wesseling.* ad Herod. p. 754. ad Diodor. XIV. T. I. p. 673.

23.

Schol. Plat. Ruhnk. p. 93 seq. — Ὅτι Κᾶρες πρῶτοι δοκοῦσι μισθοφορῆσαι. Quapropter *Home-*

Digitized by Google

rus (IX. 378.) Ἐν Καρὸς αἴσῃ. Et *Archilochus* λέγων· Καὶ δὴ ᾽πίκουρος ὥςτε Κὰρ κεκλήσομαι. Καὶ Ἔφορος ἐν ά ἱστοριῶν. Homeri locus aliter explicandus est; v. *Heyn.* Obss. T. V. pag. 604: „Induxit in fraudem illa ipsa frequens apud scriptores de Caribus memoratio, qui, *postquam Jones eos de sedibus suis ejecerant*, (Pausan. VII. 2. pag. 240 Fac. Wesseling. ad Diodor. V. pag. 400. unde fortasse Ephoro occasio ad explicandam proverbii originem,) attriti, et mercenariam militiam exercere soliti, posthac inter vilissima mancipia habiti sunt.“ Cf. Etymol. Magn. v. Καρός, p. 492 Sylb. Tzetz. ad Lycophron. vs. 1384. (T. II. pag. 1022. ed. nov.) *Simson.* Chron. ad a. 2813. p. 66. A. *Valcken.* ad Herod. V. p. 403 et 433. *Schleierm.* ad Plat. Lach. (T. V. p. 178 Bip. — ἐν Καρὶ κίνδυνος κινδυνεύει) T. I. p. 410.

24.

Josephus Ant. Jud. I. 4. (T. I. p. 18 Haverc.) Ησίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἀκουσίλαος καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος καὶ Νικόλαος ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια. Haec repetierunt Eusebius Praep. Ev. IX. 13. p. 415 Colon. Syncellus Chron. p. 43.

Plinius VII. 48. „*Ephorus* (ait) *Arcadum* reges CCC annos vixisse.“ Eadem habet Censorinus de Die Nat. cap. XVII. Nec est quod his immoremur, post *Sturzium* ad Hellan. p. 141. Acusil. p. 237. *Creuzerum* ad Hecat. p. 77. Symbol. T. III. pag. 18 seqq. *Rosenmuellerum* in Vet. Test. T. I. p. 79. De Arcadia, quae Heraclidis rever-

tentibus incolumis mansit, priscam certe regum familiam retinuit, v. Pausan. VIII. 5. Polyaen. Strateg. I. 7.

HISTORIARUM
LIBER II.

25.

Harpocration Ἀπατούρια. — Ἔφορος ἐν δευτέρῳ ὡς διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν ὁρίων ἀπατὴν γενομένην· ὅτι πολεμούντων Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς ὑπὲρ τῆς τῶν Μελαινῶν χώρας, Μέλανθος ὁ τῶν Ἀθηναίων Βασιλεὺς Ξάνθον τὸν Θηβαῖον μονομαχῶν ἀπέκτεινεν.

Iisdem verbis (nisi quod ὑπὲρ τῆς Μελαινίας habet) ex Ephori secundo haec narrat Apostolius Cent. III. 74. Pro Μελαινῶν *Maussacus* (nott. p. 59.) recepit Κελαινῶν, quam lectionem in Suida (et Eudocia p. 75, qui Schol. Arist. Acharn. 146. exscripserunt) probaverat *Casaubonus* ad Polyaen. I. 19. Sed alteram, Μελαινῶν, constanter in MSS. legi affirmat *Gronovius* (ad Harpocr. p. 35.); tuetur etiam *Valesius* (p. 231.) allato Stephan. Byz. Μελανεῖς δῆμος — — τὰ τοπικὰ ἐκ Μελαινῶν (cf. Holsten. p. 242.), itemque Schol. Plat. Ruhnken. p. 49. (p. 59 in *Siebenk.* Anecd. Gr. cujus notam vid. itemque *Bredovii* Epistt. Paris. p. 144. *Creu*-

zeri Lectt. Platon. p. 533. ubi illud scholion insigniter auctum legitur. Quod cum gallice vertisset *Chardon* de la Rochette in Melanges de Critique et de Philologie T. II. p. 377. incaute addit: Melaenae étoit une ville de l'Arcadie.) et Select. Historicc. in Bibl. Coisl. p. 605 Montf. Nunc in *Bekkeri* Anecdott. Gr. T. I. p. 416 seq. ubi vero altero loco habes Οἰνόης καὶ Μελαινῶν, altero Μελαινίας. Oenoem Proclus quoque praefert ad Platonis Timaeum pag. 27. alii ap. *Scalig.* ad Euseb. pag. 56 *Kann.* ad Cononis Narratt. p. 149. Poterat autem de hoc pago inter Athenienses et Boeotos disceptatio exoriri; ἡ γὰρ Οἰνόη οὖσα ἐν μεθορίοις τῆς Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας ἐτετείχιστο, καὶ αὐτῷ φρουρίῳ οἱ Ἀθηναῖοι ἐχρῶντο. Thucydid. II. 18. Herod. V. 74. Heindorf. ad Plat. Protag. pag. 462. De Celaenis in Atticae confinio nihil habent scriptores, et celebrium in Phrygia Κελαινῶν quis hic meminerit? Sed habet haec omnis historia altius quiddam et ex priscarum fabularum involucris petendum, quod sua eruditione suoque acumine depromsit *Creuzerus* Symbol. T. III. p. 541 — 546. Nostrum vero est ostendere, quomodo illa cum *Heraclidarum* rebus cohaereat. Strabo IX. pag. 602 (cum adnotatt. *Casauboni*, coll. VIII. 550. Pausan. VII. 1. fin. al.): Μετὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον καὶ τὸν τῆς χώρας μερισμὸν ὑπ' αὐτῶν καὶ τῶν συγκατελθόντων αὐτοῖς Δωριέων, ἐκπεσεῖν τῆς οἰκείας συνέβη πολλοὺς εἰς τὴν Ἀττικὴν [8]), ὧν

8) Haec narratio pertinet ad *Thucydidis* observa-

ἦν καὶ ὁ Μεσσήνης βασιλεὺς Μέλανθος· οὗτος δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑκόντων, νικήσας ἐκ μονομαχίας τὸν Βοιωτῶν βασιλέα Ξάνθον. Εὐανδρούσης δὲ τῆς Ἀττικῆς διὰ τοὺς φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, παροξυνάντων αὐτοὺς μάλιστα τῶν ἐν Κορίνθῳ καὶ τῶν ἐν Μεσσήνῃ, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν δὲ ὅτι Κόδρος ἐβασίλευε τῆς Ἀττικῆς τότε ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν· ἡττηθέντες δὲ μάχῃ, τῆς μὲν ἄλλης ἐξέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον, καὶ τήν τε πόλιν ἔκτισαν τὰ Μέγαρα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους Δωριέας ἀντὶ Ἰώνων ἐποίησαν. Jam enim Ephorus ad reliquae Graeciae, Ionum potissime, res perscribendas transiisse videtur. Herodotus I. 147. Εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνῶν γεγόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν.

26.

Ammonius de Diff. Verb. p. 70 Valcken. Θηβαῖοι καὶ Θηβαγενεῖς διαφέρουσιν, καθὼς Δίδυμος — — — φησί. Τὶς δ' ἐστὶ διαφορὰ, Ἔφορος ἐν τῇ δευτέρᾳ φησίν· Οὗτοι μὲν οὖν συνετάχθησαν εἰς τὴν Βοιωτίαν· τοὺς δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὁμόρους προςοικοῦντας ἰδίᾳ προςηγάγοντο· πολλοῖς ἔτι-

tionem I. 2. Ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες, παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὂν ἀνεχώρουν. seqq. Sic Herodotus V. 57. de Gephyraeis — ὑπὸ Βοιωτῶν ἐξαναστάντες ἐτράποντο ἐπ' Ἀθηνέων seq.

σιν ὕστερον δὲ οἱ (f. οὗτοι) σύμμικτοι ἦσαν πολλαχόθεν· ἐνέμοντο δὲ τὴν ὑπὸ τὸν Κιθαιρῶνα χώραν, καὶ τὴν απομαντιον τῆς Εὐβοίας. Ἐκαλοῦντο δὲ Θηβαγενεῖς, ὅτι προςεγένοντο τοῖς ἄλλοις Βοιωτοῖς διὰ Θηβαίων.

Locus difficilis, cum ob rei obscuritatem, tum ob verborum corruptelam. Hanc audaci conjecturà tollere conatus est *Reiskius* (ap. Valcken. p. 243.). Pro απομαντιον, quae vox nihili est, viri docti ap. Valck. p. 71. emendant ἀπεναντίον s. ὑπεναντίον. *Bekkerus* ad Apollonii libellum de pronomine (Mus. Antiquit. I. II. p. 442.) priorem loci partem hoc modo constituit: προςοικειοῦντες ἰδίᾳ Θ. προςηγ. πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον οἱ συμμ. λ. Esse enim προςοικειοῦν, quod Thucydidi, III. 65. ἐς τὴν συγγένειαν οἰκειοῦν. Verum dum res ipsa historiae luce caret, verborum emendatione parum proficimus. Nec, qui hunc locum adtigerunt, idonei quidquam ei illustrando protulerunt: *Valcken.* Animadverss. pag. 96. ad Herod. pag. 567. *Interprr.* ad Gregor. Cor. p. 294 Lips. *Heyn.* ad Schol. Pind. P. XI. 5. T. II. p. 647. et Fragmm. T. III. p. 57.

27.

Macrobius Saturn. V. 18. — — *Ephorus notissimus scriptor historiarum libro secundo* — — Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ποταμοῖς οἱ πλησιόχωροι μόνον θύουσι, τὸν δὲ Ἀχελῷον μόνον ἅπαντας ἀνθρώπους συμβέβηκε τιμᾷν· (οὐ τοῖς κοινοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν ἰδίων, ut glossema, haec ejicienda puto;) τοῦ Ἀχελώου τὴν ἰδίαν ἐπωνυμίαν ἐπὶ τὸ κοινὸν μετα-

φέροντας· τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὅλως, ὅπερ ἐστὶ κοινὸν ὄνομα, ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐκείνου προςηγορίας Ἀχελῷον καλοῦμεν· τῶν δὲ ἄλλων ὀνομάτων τὰ κοινὰ πολλάκις ἀντὶ τῶν ἰδίων ὀνομάζομεν, τοὺς μὲν Ἀθηναίους Ἕλληνας, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους Πελοποννησίους ἀποκαλοῦντες. Τούτου δὲ ἀπορήματος οὐδὲν ἔχομεν αἰτιώτατον εἰπεῖν ἢ τοὺς ἐκ Δωδώνης χρησμούς· σχεδὸν γὰρ ἐφ' ἅπασιν αὐτοῖς προςάγειν ὁ θεὸς εἴωθεν Ἀχελῴῳ θύειν· ὥςτε πολλοὶ νομίζοντες οὐ τὸν ποταμὸν τὸν διὰ τῆς Ἀκαρνανίας ῥέοντα, ἀλλὰ τὸ σύνολον ὕδωρ Ἀχελῷον ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ καλεῖσθαι, ἰδιοῦνται τὰς τοῦ θεοῦ προςηγορίας· σημεῖον δέ· ὅτι πρὸς τὸ θεῖον ἀναφέροντες οὕτω λέγειν εἰώθαμεν· μάλιστα γὰρ τὸ ὕδωρ Ἀχελῷον προςαγορεύομεν ἐν τοῖς ὅρκοις, καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ ἐν ταῖς θυσίαις ἅπερ πάντα περὶ τοὺς θεούς.

„Potestne (pergit Macrob.) lucidius ostendi Acheloum a Graecis veteribus pro quacunque aqua dici solitum? Unde doctissime Virgilius (Georg. I. 8. ubi *Servius*, pag. 74. edit. G. Valcken. item *Ephorum* laudat,) ait: Vinum Acheloo Liberum patrem miscuisse. Ad quam rem etsi satis testium est, cum Aristophanis Comici, et Ephori historici verba prodiderimus, tamen ultra progrediamur. Didymus enim Grammaticus facile eruditissimus, posita causa, quam superius Ephorus dixit, alteram quoque adjecit" seq. Nimirum quod Achelous πάντων ποταμῶν πρεσβύτατος. Hoc significat et *Vibius* Sequest. p. 100 Mauss: Achelous Aetoliae fluvius, *primus terram erupisse dicitur.* Conf. *Artemidori* Oneirocrit. II. 28. cum Reiffii nott.

T. II. p. 389. Hesychius s. v. Ἀχελῶος ibiq. itpp. T. I. p. 658. Schol. brev. ad Iliad. XXI. 194. δοκεῖ δὲ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ποταμῶν μέγιστος εἶναι Ἀχελῷος, διὸ καὶ πᾶν ὕδωρ τῇ τούτου προςηγορίᾳ καλεῖται. Ubi bene *Heynius* (Obss. ad Hom. T. VIII. p. 150.) eo adtendi jubet, quod Achelous maximus erat Aetoliae et Epiri amnium, in quibus locis *antiquissima Hellas* fuit, circa Dodonam a Sellis habitatam; monente hoc jam *Aristotele* Met. I. 14. conf. *Creuzeri* Symbol. T. IV. pag. 171. coll. p. 31. ubi simile quiddam de Phasi flumine. Eleganter etiam *Hermias* ad Platonis Phaedr. p. 75 Ast. Ἀχελῶος δέ ἐστι ὁ ἔφορος θεὸς τῆς πολυτίμου δυνάμεως τοῦ ὕδατος· διὰ γὰρ τοῦ μεγίστου τούτου ποταμοῦ τὸν ἔφορον θεὸν δηλοῦσι τοῦ ποτιμοῦ ὕδατος. Illam certe potestatem notionemque huic nomini antiquitus inhaesisse manifestum est, etiam si non cum *Scaligero* et *Vossio* (de Idol. II. 47. p. 258.) vocem Ἀχελῷον derivare velis a Dorico αἰκὸς (i. e. aequus, unde Latinorum *aqua*) et λώειν (s. λούειν, abluere).

28.

Haec de Acarnaniae fluvio, prisco Acheloo, disputata nos quasi manu ducunt ad veterem Acarnaniae memoriam, quae ex Ephoro nobis reservavit

Strabo X. 709. (Sic Thucydides II. 102. a magnifica Acheloi descriptione ad Alcmaeonis res transit.) Ἔφορος δ' οὔ φησι (τοὺς Ἀκαρνᾶνας ἐπὶ Ἴλιον) συστρατεῦσαι· Ἀλκμαίωνα γὰρ τὸν

Ἀμφιάρεω συστρατεύσαντα μετὰ Διομήδους καὶ τῶν ἄλλων Ἐπιγόνων [9]), καὶ κατορθώσαντα τὸν πρὸς Θηβαίους πόλεμον συνελθεῖν Διομήδει, καὶ τιμωρήσασθαι μετ' αὐτοῦ τοὺς Οἰνέως ἐχθρούς· παραδόντα δ' ἐκείνῳ τὴν Αἰτωλίαν, αὐτὸν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν παρελθεῖν, καὶ ταύτην καταστρέφεσθαι, Ἀγαμέμνονα δ' ἐν τούτῳ τοῖς Ἀργείοις ἐπιθέμενον, κρατῆσαι ῥᾳδίως, τῶν πλείστων τοῖς περὶ Διομήδη συνακολουθησάντων. Μίκρον δ' ὕστερον ἐπιπεσούσης τῆς ἐπ' Ἴλιον ἐξόδου, δείσαντα μὴ ἀπόντος αὐτοῦ κατὰ τὴν στρατείαν ἐπανελθόντες οἴκαδε οἱ περὶ τὸν Διομήδη (καὶ γὰρ ἀκούεσθαι περὶ αὐτοῦ μεγάλην συνεστραμμένην δύναμιν) κατάσχοιεν τὴν μάλιστα προσήκουσαν αὐτοῖς ἀρχήν· τὸν μὲν γὰρ Ἀδράστου, τὸν δὲ τοῦ πατρὸς εἶναι κληρονόμον· ταῦτα δὲ διανοηθέντα, καλεῖν αὐτοὺς ἐπί τε τὴν τοῦ Ἄργους ἀπόληψιν, καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ πολέμου· τὸν μὲν οὖν Διομήδη πεισθέντα μετασχεῖν τῆς στρατείας· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα ἀγανακτοῦντα μὴ φροντίσαι· διὰ δὲ τοῦτο μηδὲ κοινωνῆσαι τῆς στρατείας μόνους τοὺς Ἀκαρνᾶνας τοῖς Ἕλλησι. — — Ὁ μὲν οὖν Ἔφορος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἤδη τὴν Ἀκαρνανίαν ὑπὸ τῷ Ἀλκμαίωνι ποιήσας τό τε Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν ἐκείνου κτίσμα ἀποφαίνει, καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν ὠνομάσθαι φησὶ ἀπὸ τοῦ παι-

9) *Heyn.* Obss. ad Apoll. p. 254. ex hoc loco videtur pronunciasse, „Epigonorum bellum expositum esse debuit ab Hellanico et *Ephoro.*" Sed potest hic ejus carptim tantum et levi brachio, ut ajunt, meminisse; namque in historiae fines, quos sibi constituerat, proprie non pertinuit.

δὸς αὐτοῦ Ἀκαρνᾶνος, Ἀμφιλόχους δ' ἀπὸ τοῦ ἀδέλφου Ἀμφιλόχου· ὥςτε ἐκπίπτει εἰς τὰ παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ἱστορίαν λεγόμενα.

Haec L. VII. p. 501. brevius sic extulerat: — Μετὰ δὲ τὴν Ἀμβρακίαν τὸ Ἄργος ἐστὶ τὸ Ἀμφιλοχικὸν, κτίσμα Ἀλκμαίωνος καὶ τῶν παίδων. Ἔφορος μὲν οὖν φησὶ τὸν Ἀλκμαίωνα μετὰ τὴν Ἐπιγόνων ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείαν παρακληθέντα ὑπὸ Διομήδους, συνελθεῖν εἰς Αἰτωλίαν αὐτῷ, καὶ συγκατακτήσασθαι ταύτην τε καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν· καλοῦντος δ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον Ἀγαμέμνονος τὸν μὲν Διομήδη πορευθῆναι· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα μείναντα ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ, τὸ Ἄργος κτίσαι· καλέσαι δ' Ἀμφιλοχικὸν ἐπώνυμον τοῦ ἀδέλφου. Ἴναχον δὲ τὸν διὰ τῆς χώρας ῥέοντα ποταμὸν εἰς τὸν κόλπον, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν Ἀργείαν προςαγορεῦσαι.

Ne multum in his illustrandis versaremur, otium nobis fecit *Heynius* ad Apollod. III. 7. p. 254 — 261. T. II. Obss. coll. Interprr. ad Thucyd. II. 69 et 102.

29.

Acarnaniae res Origines *Aetolicae* excipiant.

Strabo X. p. 710. Ἔφορος δὲ εἰπὼν, τοὺς Αἰτωλοὺς ἔθνος εἶναι μηδεπώποτε γεγενημένον ἐφ' ἑτέροις, ἀλλὰ πάντα τὸν μνημονευόμενον χρόνον μεμενηκὸς ἀπόρθητον, διά τε τὰς δυςχωρίας τῶν τόπων, καὶ διὰ τὴν περὶ τὸν πόλεμον ἄσκησιν, ἐξ ἀρχῆς μέν φησιν ἅπασαν τὴν χώραν Κουρῆτας κατασχεῖν ἀφικομένου δ' ἐξ Ἤλιδος Αἰτωλοῦ, τοῦ

Ἐνδυμίωνος, καὶ τοῖς πολέμοις κρατοῦντος αὐτῶν, τοὺς μὲν Κουρῆτας εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἀκαρνανίαν ὑποχωρῆσαι, τοὺς δ' Αἰτωλοὺς συγκατελθόντας Ἐπειοῖς, τὰς ἀρχαιοτάτας κτίσαι τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ πόλεων δέκα· τῇ δ' ὕστερον γενεᾷ τὴν Ἦλιν ὑπὸ Ὀξύλου τοῦ Αἵμονος συνοικισθῆναι, περαιωθέντος ἐκ τῆς Αἰτωλίας. Παρατίθησι δὲ καὶ τὰ τούτων μαρτύρια τὰ (fort. δύο) ἐπιγράμματα, τὸ μὲν ἐν Θερμοῖς τῆς Αἰτωλίας, ὅπου τὰς ἀρχαιρησίας ποιεῖσθαι πάτριον αὐτοῖς ἐστιν, ἐγκεχαραγμένον τῇ βάσει τῆς Αἰτωλοῦ εἰκόνος·

Χώρης οἰκιστῆρα παρ' Ἀλφειοῦ ποτε δίναις,
Τρεφθέντα σταδίων γείτον' Ὀλυμπιάδος,
Ἐνδυμίωνος παῖδ' Αἰτωλὸν τόνδ' ἀνέθηκαν
Αἰτωλοὶ, σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἐσορᾶν.

Τὸ δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τὸ Ὀξύλου ἀνδριάντι·

Αἰτωλός ποτε τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον
Κτήσατο Κουρῆτιν γῆν δορὶ πολλὰ καμών.
Τῆς δ' αὐτῆς γενεᾶς δεκατόσπορος Αἵμονος υἱὸς
Ὄξυλος ἀρχαίην ἔκτισε τήνδε πόλιν.

Τὴν μὲν οὖν συγγενείαν τὴν πρὸς ἀλλήλους, τῶν τε Ἠλείων καὶ τῶν Αἰτωλῶν ὀρθῶς ἐπισημαίνεται διὰ τῶν ἐπιγραμμάτων, ἐξομολογουμένων ἀμφοῖν, οὐ τὴν συγγενείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρχηγέτας ἀλλήλων εἶναι· δι' οὗ καλῶς ἐξελέγχει ψευδομένους τοὺς φάσκοντας τῶν μὲν Αἰτωλῶν ἀποίκους εἶναι τοὺς Ἠλείους, μὴ μέντοι τῶν Ἠλείων τοὺς Αἰτωλούς.

Sed in hoc Strabo Ephori inconstantiam (τὴν ἀνομολογίαν τῆς γραφῆς) urget, quod Aeto-

liam ἀεὶ ἀπόρθητον dixerit, quam ipse primum a Curetibus, post Aetolo, et mistis cum Epeis Aeolibus, (v. p. 712. et L. IX. p. 647. ubi eadem exagitat,) Diomede denique et Alcmaeone occupatam fuisse tradidisset. Sed quorsum, quaeso, haec tam pusillae rei iterata reprehensio? Ne scilicet graviter feramus, sicubi et Straboni aliquid exciderit minus verum aut dictum negligentius; ἀλλ' ἀγαπᾶν δεῖ (addit) ἐὰν τὰ πλείω τῶν εἰρημένων ἑτέροις ἄμεινον λέγωμεν, ἢ τὰ παραλειφθέντα κατ' ἄγνοιαν προστιθῶμεν. Cf. *Casauboni* Not. p. 713. *Siebelis.* in Comment. Societ. Philol. Lips. V. I. T. 1. p. 65. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 137 seq. cujus in constituenda lectione rationem plurimum adscivi. Idem de Oxyli rebus laudat *Verheyk.* ad Antonin. Lib. 32. p. 214. cf. *Kann.* ad Cononis Narr. XIV. XIV. pag. 94 seq. *Vinding.* Hellas, T. X. Thes. A. Gr. Gronov. p. 309 seq. qui Ephori locum bene illustrat. Stephani Itpp. v. Αἰτωλία. Scymnus vs. 471. ubi eadem, quae Strabo, sed breviter, secundum Ephorum (κατ' Ἔφορον) refert. *Creuzer.* ad Hecat. p. 59. *Heyn.* ad Homer Il. B. T. IV. p. 348. coll. T. V. p. 648.

30.

Strabo IX. p. 616. *Boeotiam*, narrat, primum habitatam fuisse a Barbaris (Ἀόνων καὶ Τεμμίκων καὶ Λελέγων καὶ Ὑάντων. Cf. *Valcken.* ad Eurip. Phoen. vs. 645. p. 301.), deinde a Phoenicibus, qui cum Cadmo venissent; quos postea pulsos in Thessaliam a Pelasgis et Thracibus, revertisse,

ἤδη τοῦ Αἰολικοῦ στόλου παρεσκευασμένου περὶ Αὐλίδα τῆς Βοιωτίας, ὃν ἔστελλον εἰς τὴν Ἀσίαν οἱ Ὀρέστου παῖδες, atque junctis viribus Pelasgos ejectos Athenas compulisse, Thraces in Parnasum. (Haec breviter et Thucydides I. 12. cf. Heyn. ad Homer. T. VII. p. 286.)

Φησὶ δ' Ἔφορος, τοὺς μὲν Θρᾷκας, ποιησαμένους σπονδὰς πρὸς τοὺς Βοιωτοὺς, ἐπιθέσθαι νύκτωρ στρατοπεδεύουσιν ὀλιγωρότερον, ὡς εἰρήνης γεγονυίας· διακρουσαμένων αὐτοὺς, αἰτιωμένων τε ἅμα, ὅτι τὰς σπονδὰς παρέβαινον, μὴ παραβῆναι φάσκειν ἐκείνους· συνθέσθαι γὰρ ἡμέρας, νύκτωρ δ' ἐπιθέσθαι· ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι, Θρᾳκία παρεύρεσις [a]). Τοὺς δὲ Πελασγοὺς, μένοντος ἔτι τοῦ πολέμου, χρηστηριαζομένους ἀπελθεῖν· ἀπελθεῖν δὲ καὶ τοὺς Βοιωτούς. Τὸν μὲν οὖν τοῖς Πελασγοῖς δοθέντα χρησμὸν ἔφη μὴ ἔχειν εἰπεῖν· τοῖς δὲ Βοιωτοῖς ἀνελεῖν τὴν προφῆτιν, ἀσεβήσαντας εὖ πράξειν· τοὺς δὲ θεωροὺς ὑπονοήσαντας χαριζομένην τοῖς Πελασγοῖς τὴν προφῆτιν διὰ τὸ συγγενὲς, (ἐπεὶ καὶ τὸ ἱερὸν Πελασγικὸν ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν) [b]) οὕτως ἀνελεῖν, ἁρπάσαντας τὴν ἄνθρωπον εἰς πυρὰν ἐμβαλεῖν· ἐνθυμηθέντας, εἴτε κακουργήσασαν [περὶ τῶν γυναικῶν δικαστῶν [c]),] εἴτε μὴ, πρὸς ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχειν· εἰ μὲν παρεχρηστηρίασε, κολασθείσης αὐτῆς· εἰ δ' οὐδὲν ἐκακούργησε, τὸ προσταχθὲν αὐτῶν πραξάντων. Τοὺς δὲ περὶ τὸ ἱερὸν, τὸ μὲν ἀκρίτους κτείνειν τοὺς πράξαντας, καὶ ταῦτ' ἐν ἱερῷ, μὴ δοκιμάσαι, καθιστάναι δ' εἰς κρίσιν· καλεῖν δ' ἐπὶ τὰς ἱερείας, ταύτας δὲ εἶναι τὰς προφήτιδας, αἱ λοιπαὶ τριῶν

οὖσαν περιῆσαν· λεγόντων δ' ὡς οὐδαμοῦ νόμος εἴη δικάζειν γυναῖκας, προςελέσθαι καὶ ἄνδρας ἴσους ταῖς γυναιξὶ τὸν ἀριθμόν· τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας ἀπογνῶναι, τὰς δὲ γυναῖκας καταγνῶναι· ἴσων δὲ τῶν ψήφων γενομένων, τὰς ἀπολυούσας νικῆσαι [d]· ἐκ δὲ τούτων Βοιωτοῖς μόνοις ἄνδρας προθεσπίζειν ἐν Δωδώνῃ. Τὰς μέν τοι προφήτιδας, ἐξηγουμένας τοὐναντίον, εἰπεῖν, ὅτι προςτάττει ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς, τοὺς παρ' αὐτοῖς τρίποδας συλλέγοντας εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ' ἔτος· καὶ δὴ καὶ ποιεῖν τοῦτο· ἀεὶ γάρ τινα τῶν ἀνακειμένων τριπόδων νύκτωρ καθαιροῦντας καὶ κατακαλύπτοντας ἱματίοις, ὡς ἂν λάθρα τριποδηφορεῖν εἰς Δωδώνην.

a) Hic Thracum dolus copiosius a *Polyaeno* (Stratag. VI. 43.), et ita quidem narratur, ut appareat eum vetusti scriptoris fidem esse secutum. *Ephorum* esse Strabo commonstrat. Atque omnino Polyaenus benignam rerum, suo consilio aptarum, in Ephoro copiam poterat invenire; nec ea semel tantum usus videtur. Paene affirmaverim, quas insignes ex Heraclidarum historia particulas tradidit, (L. I. cap. 6. de *Cresphonte*. 7. de *Cypselo* qui Heraclidas sibi conciliavit. 9. de *Temeno*. 10. de *Procle*. 12. de *Boeotorum* cum Arnen adhuc habitarent, et Thessalorum bello. L. II. cap. 12. de *Deïphonte*. 37. de *Tisameno*. al.) a nemine quam a nostro scriptore desumsisse. Cf. *Creuzerus* ad Fragmm. Historr. pag. 121. qui et Charonem a Polyaeno fuisse compilatum suspicatur. Proverbium Θρακία παρεύρεσις,

Ephoro duce, explicant Paroemiographi, p. 444 ed. A. Schott.

b) Notissimus est Homeri versus (Il. II. 233.), Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε πελασγικὲ τῆλοθι ναίων. Ipseque *Ephorus* (ap. Strab. VII. p. 504.) Dodonam Πελασγῶν ἵδρυμα fuisse memoriae prodiderat. De qua re suo loco plura dicemus.

c) Verba lineolis retenta, ut a scholiaste orae libri adposita et insitiva, ἀθητοῦσι *P. Faber* Semestr. III. 5. pag. 214. *Casaubonus*, *van Dale*, de Oracc. cap. XVI. p. 367. *Tzschuckius*, T. III. p. 394; tuetur *Interpres Paris.* peculiari excursu, (Eclaircissemens, VIII. T. III. pag. 33 seq.) cum in vetusto MS. (no. 1397.) truncata licet, inveniantur. Sed ejus defendendi ratio: „Strabon, deux lignes plus bas, rappelant ce qu'il avoit dit ailleurs (Lib. VII. pag. 506 Alm.), que c'étoient trois prophétesses qui rendoient les oracles à Dodone (consentit Herodot. II. 55.), nous dit ici que le jugement de l'action des députés Boeotiens fut remis aux deux prophétesses qui survivoient à celle dont ils avoient si cruellement puni la fraude présumée. Certainement ils n'ignoroient pas d'avance que ces femmes constituoient une espèce de tribunal, qui connoissoit et décidoit de tous les délits commis envers l'oracle. Prévoyant donc quels seroient leurs juges, ils purent se dire ce que ma version exprime"; (p. 403: *Qu'elle ait ou n'ait point prévariqué, se dirent-ils, nous serons*

réputés, fût-ce au tribunal des femmes juges, l'avoir traitée comme elle méritoit seq.) parum valet ad infringendam superiorum sententiam. Idem notat pro κτείνειν, quod statim sequitur, in MS. illo legi κρίνειν, quod vix feras.

d) Quaestione, quam dicunt, *calculi Minervae*, qui, ubi de salute aut pernicie hominis sententiae judicum ita variabant, ut essent aequales numero, interponi existimabatur. Vid. P. *Fabri* Semestr. II. 25. p. 383. *Heynius* Recens. Parerg. in Virgil. T. VI. p. 785. De mulieribus jura et responsa Dodonae reddentibus, v. Eustath. ad Hom. Odyss. XIV. pag. 1760. l. 42. *Jacobi* in libro, qui inscribitur: Beschreibung einiger der vornehmsten geschnittenen Steine, (a. 1796 edito) pag. 30. ubi nostrum locum tractat.

LIBER III.

Coloniarum historia, quae reditus Heraclidarum tempore et ultra ex Graecia in Asiam insulasque adjacentes transmigrarunt, hoc libro exposita fuerat; sed, adverso literis casu, perpauca ex eo, nobis omnium fortasse gratissimo, supersunt fragmenta. Primum *Dorienses*, post *Aeoles*, *Iones* demum intermissis modo, modo repetitis vicibus, Asiae minoris (cujus fertilitatis fama a bello Tro-

jano inde percrebuerat,) regiones maritimas petiverunt. Strabo XIV. p. 965. C. Οἱ γὰρ Δωριεῖς, οἱ τὰ Μέγαρα κτίσαντες (v. fragm. 25.) μετὰ τὴν Κόδρου τελευτὴν, οἱ μὲν ἔμειναν αὐτόθι, οἱ δὲ σὺν Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ τῆς εἰς Κρήτην ἀποικίας ἐκοινώνησαν, (de hac colonia vid. *Ephorus* apud Strab. X. p. 735 seq.) οἱ δ' εἰς τὴν Ῥόδον καὶ τὰς λεχθείσας ἀρτίως πόλεις (Halicarnassum, Cnidum, Coum) ἐμερίσθησαν. Longa fuit *Aeolicae* expeditionis molitio, nec nisi ab Orestis pronepote tandem perfecta. (Vid. scriptorum loci in *Marshamii* Chron. Can. pag. 343. ed. Lond. Classicus est Strabonis, XIII. p. 872. C. seq., ex *Ephoro*, ut videtur, quem paullo inferius, p. 873. C. nominat; coll. Pausan. III. 2. p. 334 Fac.) Dissidio inter Codri filios de Atheniensium regno exorto, Apolline consulto, δίδωσι Μέδοντι ἡ Πυθία βασιλείαν τὴν Ἀθηναίων· οὕτω δὴ ὁ Νειλεὺς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Κόδρου παίδων ἐς ἀποικίαν ἀπεστάλησαν, ἀγαγόντες μὲν καὶ αὐτῶν Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον, τὸ δὲ πλεῖστόν σφισιν ἦσαν τοῦ στρατεύματος οἱ Ἴωνες. — — Ὡς δὲ ταῖς ναυσὶν ἐς τὴν Ἀσίαν κατῆραν, ἐπ' ἄλλην ἐτρέποντο ἄλλοι τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ πόλεων seq. Pausanias, VII. 2. p. 237 Fac. quem vid. et *Ruhnkenius* ad Vellejum Lib. I. pag. 17.

31.

Stephanus Byz. Βέννα, μία βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέντε, ἧς οἱ βουλευταὶ Βέννιοι, ὡς Ἔφορος· Ὅτι Ἄνδροκλος ὁ κτίσας Ἔφεσον Πριηνεῦσι βοηθή-

σας, αὐτὸς ἐτελεύτησε καὶ πολλοὶ Ἐφέσιοι σὺν αὐτῷ· οἱ οὖν καταλειφθέντες Ἐφέσιοι ἐστασίασαν κατὰ τῶν Ἀνδρόκλου παίδων, καὶ βουλόμενοι βοήθειαν ἔχειν πρὸς αὐτοὺς, ἐκ Τέω καὶ Καρήνης ἀποίκους ἔλαβον, ἀφ' ὧν ἐν Ἐφέσῳ δύο βουλαὶ τῶν πέντε τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσιν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν Βέννῃ, Βέννιοι· οὓς δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν Ἐφέσῳ κατέλαβον, Ἐφεσίους φασί· τοὺς δ' ὕστερον ἐπήλυδας, Τηΐους καὶ Καρηναίους ἀποκαλοῦσι.

Nihil, quod sciam, de his V. Ephesiorum tribubus praeterquam habemus compertum; quo magis ad hunc egregium Ephori locum adtendi debet, a quo maculas quasdam hic abstersas esse, ipsum Stephanum inspicienti, coll. Steph. v. Καρήνη et Εὐωνυμία, cuivis patebit. Pausanias VII. 2, 5. Ἄνδροκλος ὁ Κόδρου (οὗτος γὰρ δὴ ἀπεδέδεικτο Ἰώνων τῶν ἐς Ἔφεσον πλευσάντων βασιλεὺς) Λέλεγας μὲν καὶ Λύδους τὴν ἄνω πόλιν ἔχοντας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς χώρας. — — Πριηνεῦσιν ἤμυνεν ἐπὶ τοὺς Κάρας ὁ Ἄνδροκλος, καὶ νικῶντος τοῦ Ἑλληνικοῦ, ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ seqq. Breviter haec Strabo XIV. pag. 948. B. Sed affatim liquet Ephorum ab utroque fuisse exscriptum. Quamvis Strabo L. XIV. p. 938. et Pherecydem in his rebus auctorem allegat: ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον, υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ βασιλέως Ἀθηνῶν, γενέσθαι τοῦτον Ἐφέσου κτίστην, seqq. Sed hunc Ephorus quoque laudare poterat, totius ille antiquitatis condus promus. De Androclo cf. praeterea *Olearius* ad Philostrat. Vit. Apollon. VIII. 7. p. 339.

32.

Strabo XIV. p. 941. Φησὶ δ' Ἔφορος, (*Miletum*) τὸ πρῶτον κτίσμα εἶναι Κρητικὸν, ὑπὲρ τῆς θαλάττης τετειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ Μίλητός ἐστι, Σαρπηδόνος ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ἀγαγόντος οἰκήτορας καὶ θεμένου τοὔνομα τῇ πόλει τῆς ἐκεῖ πόλεως ἐπώνυμον, κατεχόντων πρότερον τὸν τόπον Λελέγων· τοὺς δὲ περὶ Νηλέα ὕστερον τὴν νῦν τειχίσαι πόλιν.

Milesiorum narratio de suae urbis origine ap. Pausan. VII. 2, 3. non multum differt ab Ephori sententia, vetustissimorum sane monumentorum innixa pervestigationi. Cf. *Heyn.* Obss. ad Apollod. p. 214 seq. et qui docte in hac quaestione versatus est, *Kann.* ad Conon. Narratt. p. 67. *Mannert.* Geogr. Vett. VI. III. p. 253 seq.

33.

Stephanus Ἀθῆναι, post enumeratas quinque Athenas, ἕκτη Εὐβοίας Δίαντος κτίσμα, ὡς Ἔφορος τρίτῃ· Ἄβαντος δὲ γίγνονται παῖδες, Ἄλκων καὶ Δίας καὶ Ἀρέθουσα, ὧν ὁ μὲν Δίας κτίσας πόλιν, οὕτως ἀπὸ τῆς πατρίδος ὠνόμασεν. Ὁ πολίτης Ἀθηναῖος καὶ Ἀθηναϊκός· τὰς δ' Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι. (Haec postrema verba sic legit *Valcken.* in Diatrib. Eurip. p. 141. A. Ταύτας τὰς Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι Αἴσχυλος μαρτυρεῖ. Ex A. Glauco Pontio in Vit. Arat. ap. Petav. Uranol. p. 269.) Quo modo Ephorus Euboïcas res hoc libro attingere potuerit, coloniarum memoriam complectente, Pausanias commonefacit VII. 2, 2.

qui inter eos, qui Asiaticam coloniam participassent, numerat καὶ Ἄβαντας ἐξ Εὐβοίας. Cf. Herod. I. 146. De Athenis Diadibus, nobili urbe et Ephori loco, v. *Casaubonus* ad Strab. X. p. 684. *Scaliger* ad Eusebii Chron. p. 29 seq. *Spanhem.* ad Callim. Del. vs. 20. p. 391 Ern. *Heyn.* ad Homer. Il. II. 536 et 538. T. IV. p. 313. *Marsham.* Chron. Can. p. 111. ed. Lond. Itpp. ad Steph. v. Δία et Δῖον.

34.

Athenaeus III. p. 105 D. Περὶ δὲ τῶν Καρίδων, ὅτι καὶ πόλις ἦν Καρίδες περὶ Χίον τὴν νῆσον, Ἔφορος ἐν τρίτῃ (vulg. πρώτῃ) τῶν ἱστοριῶν, κτίσαι φάσκων αὐτὴν τοὺς διασωθέντας ἐκ τοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος γενομένου κατακλυσμοῦ μετὰ Μάκαρος, καὶ μεχρὶ νῦν τὸν τόπον καλεῖσθαι Καρίδας.

Vide haec illustrantem *Berkel.* ad Steph. pag. 450. Diodorus (V. 81. p. 396 seq. Wessel.) Lesbum insulam narrat, γενομένου τοῦ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμοῦ, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων ἀπολομένων, imbrium procellis fuisse desolatam. Μετὰ δὲ ταῦτα Μακαρεὺς (s. Μάκαρ, vid. *Wesselingii* not. 23.) εἰς αὐτὴν ἀφικόμενος, καὶ τὸ κάλλος τῆς χώρας κατανοήσας, κατῴκησεν αὐτήν. (cf. *Siebelis.* ad Androtionis Fragmm. p. 122.) — — Ὁ δὲ ἐπιβαλόμενος τὰς συνέγγυς νήσους ἰδίας κατασκευάζειν, ἐξέπεμψεν ἀποικίαν εἰς πρώτην τὴν Χίον, ἑνὶ τῶν ἑαυτοῦ παίδων παραδοὺς τὴν ἡγεμονίαν. Quae omnia si quis de Ephori libris fluxisse dixerit, nae ille proximum a vero aberraverit. Chium insulam

adventu Jonum condidisse Egertilum, Strabo ait XIV. p. 939. σύμμικτον ἐπαγόμενον πλῆθος. Alia dabit Pausanias VII. 4. ex Ione, noto tragoediarum scriptore.

35.

Stephanus Σκυφία πολίχνιον Κλαζομενίων, ὡς Ἔφορος ἐν τρίτῃ· Ἐν Σκυφίᾳ κατῴκει. Τινὲς δὲ διὰ τοῦ π.

Idem Λάμψος μοῖρα τῆς Κλαζομενῶν χώρας, ἀπὸ Λάμψου παιδὸς Καδίδρου, ὡς Ἔφορος τρίτῳ.

Idem Μυκάλησσος, urbs Boeotiae, ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ὡς Ἔφορος τρίτῳ.

Haec terna fragmenta ideo huc simul posui, quoniam nihil fere continent quam levem urbium, aliunde vix cognitarum mentionem, explicatius ab Ephoro traditam in narrationibus de coloniarum rebus gestis. Sed in priori loco vestigium latere conditae illustrissimae *Clazomeniorum* urbis e Pausania intelligitur, VII. 2, 5: Ἰώνων δὲ ἀφικομένων, μοῖρα ἐξ αὐτῶν πλανωμένη μετεπέμψατο ἡγεμόνα παρὰ Κολοφωνίων Πάρφορον, καὶ πόλιν κτίσαντες ὑπὸ τῇ Ἴδῃ, τὴν μὲν οὐ μετὰ πολὺ ἐκλείπουσιν· ἐπανιόντες δὲ ἐς Ἰωνίαν Σκύππιον τῆς Κολοφωνίας ἔκτισαν. Ἀπελθόντες δὲ ἑκουσίως καὶ ἐκ τῆς Κολοφωνίας, οὕτω γῆν τε ἔσχον, ἣν καὶ νῦν ἔτι ἔχουσι, καὶ κατεσκευάσαντο ἐν τῇ ἠπείρῳ Κλαζομενὰς πόλιν. Levis scripturae diversitas neminem movebit, quo minus idem oppidulum ab Ephoro et a Pausania, et in eadem quidem re, de-

clarari arbitretur. Mycalessus, Cariae urbs, non alia est, quam nota *Mycale*, Samo adversa. Vid. Stephani Itpp.

36.

Suidas Κωρυκαῖος. Unde proverbium, Τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο (ἠκροάσατο habet Stephanus s. v.). Ὁ δ' Ἔφορος ἐν γ' ὑπ' ἄκρᾳ (τῆς Παμφυλίας) φησὶν ᾤκουν οἱ καλούμενοι Κωρυκαῖοι ἀνατεινούσῃ εἰς Πέλαγος, σύμμικτοί τινες, κατασκευασάμενοι πολισμάτιον γείτονες Μυοννήσῳ· τοῖς οὖν ὁρμοῦσιν ἐμπόροις προςῄεσαν ὡς ὠνούμενοι ἢ σύμπλοοι· εἶτα μαθόντες τί τε κομίζουσι καὶ ποῖ πλέοιεν τοῖς Μυοννησίοις ἀπήγγελον· κἀκεῖνοι ἐπετίθεντο αὐτοῖς· ἐλάμβανον δὲ καὶ αὐτοὶ μέρη τινὰ τῶν λύτρων.

Eadem, levibus mutatis, leguntur ap. Photium, Lex. p. 146. Zenob. IV. 75. ibiq. *Schott.* p. 103. Strab. XIII. p. 954. ibiq. *Tzschuck.* T. V. p. 555. Eustath. ad Dionys. vs. 855. Cf. *Mannerti* Geogr. Vett. VI. III. pag. 319 seq. *Toup.* Emendatt. in Suid. P. II. p. 238.

37.

Suidas Περιθοῖδαι, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Πειρίθου τοῦ Ἰξίονος· νόμος δ' ἦν Ἀθήνησι ξένους εἰςδέχεσθαι τοὺς βουλομένους τῶν Ἑλλήνων· Θεσσαλοὺς δ' ἐξαιρέτως ὑπεδέχοντο, διὰ τὴν Πειρίθου καὶ Θησέως φιλοξενίαν· τούτοις δὲ καὶ χώραν ἐμέρισαν, ἣν ἐκάλεσαν Πειριθίδα. Ἔφορος ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ.

Eadem Photius, Lex. pag. 306. excepta voce Πειριθίδα, quam, rectius opinor, scribit Πειριθοΐδας. Licet et hic Cod. Dresd. habeat, prouti Suidas. Cf. Apostol. XV. 98. Hesychius T. I. pag. 925. Harpocrat. v. Πειριθοΐδαι et Κοιρωνίδαι, ubi altera hujus tribus appellatio, Φιλιεῖς, ad illam necessitudinem Thesei et Pirithoi (vid. Sophoclis Oedip. Colon. vs. 1594 seq.) pertinere videtur. De reliqua historia, aut qui locum invenire in hoc libro potuit, nihil habeo quod dicam.

L I B E R IV.

Ε Υ Ρ Ω Π Η.

38.

Cosmas Topogr. Christ. p. 148. (T. II. Nov. Collect. Patr. Montf. Cujus loci excerptam e Cod. Leidens. [v. Catalog. p. 400. n. 16.] varietatem lectionis mecum *Creuzerus* V. Cl. communicavit, quae maximam partem cum apographo *Gronovii*, quod in ejus Animadvv. ad recentem Scylacis editionem pag. 62 e Cod. Medic. descriptum exstat, consentiunt.) Ἐφόρου ἐκ τῆς δ' (αὐτοῦ abest in Cod.) ἱστορίας. Τὸν μὲν γὰρ (πρὸς addit docta manus in margine Cod.) ἀπηλιώτην καὶ τὸν ἐγγὺς ἀνατολῶν τόπον Ἰνδοὶ κατοικοῦσι· τὸν δὲ πρὸς

νότον καὶ μεσημβρίαν Αἰθίοπες νέμονται· τὸν δὲ ἀπὸ Ζεφύρου καὶ δυσμῶν Κελτοὶ κατέχουσι· τὸν (sic et Cod. In margine τὸ, male.) δὲ κατὰ βοῤῥᾶν καὶ τοὺς (τὰς Cod. Illud marg. habet.) ἄρκτους Σκύθαι κατοικοῦσιν· Ἔστιν μὲν οὖν οὐκ ἴσον ἕκαστον τῶν μερῶν· ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν Σκυθῶν καὶ τῶν Αἰθιόπων μεῖζον, τὸ δὲ τῶν Ἴνδων καὶ τῶν Κελτῶν ἔλαττον· καὶ παραπλήσιον ἑκατέρων (sic margo. Cod. ἑκάτερον) ἀλλήλοις ἔχει τοῦ τόπου τὸ μέγεθος. Οἱ μὲν γὰρ [Ἴνδοι] εἰσὶ μεταξὺ θερινῶν καὶ χειμερινῶν ἀνατολῶν. Κελτοὶ δὲ τὴν ὑπὸ θερινῶν μεχρὶ χειμερινῶν δυσμῶν χώραν κατέχουσι, καὶ τοῦτο μεῖζόν ἐστι ἐκείνῳ τῷ διαστήματι, [Rectius Cod. e marginis emendatione, καὶ τοῦτο (Cod. —ῳ) μὲν ἴσον ἐστὶν ἐκείνῳ (Cod. ἐκεῖνο) τῷ διαστήματι (Cod. διάστημα)] καὶ μάλιστα πῶς ἀντικείμενον· Ἡ δὲ τῶν Σκυθῶν κατοίκησις τοῦ (μὲν addit Cod.) ἡλίου τῆς περιφορᾶς τὸν διαλείποντα κατέχει τόπον· ἀντίκειται δὲ πρὸς τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος, ὃ δοκεῖ παρατείνειν ἀπὸ ἀνατολῶν (καὶ Cod. Expungit marg.) χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν τῶν βραχυτάτων. (Addit Cosmas p. 149: ἀκριβῶς ὁ Ἔφορος καὶ λόγῳ καὶ τῇ καταγραφῇ ὡς ἡ θεῖα γραφὴ διηγεῖται τὴν θέσιν τῆς γῆς καὶ τῶν ἄστρων τὴν περιφορὰν, cet.)

Est et ibi sciagraphia, qua res ad oculorum sensum transfertur.

Νότος.

Χειμερ. Ἀνατολή	Ι Ν Δ Ο Ι	ΑΙΘΙΟΠΕΣ	Κ Ε Λ Τ Ο Ι	Χειμερίνη δύσις
Ἀπηλιώτης		(γῆ Cod.)		Ζέφυρος
Θηρινὴ Ἀνατολή		ΣΚΥΘΑΙ flavum.		Θερινὴ δύσις
		rubrum.		

Βοῤῥᾶς.

Hac Ephori distributione Strabo utitur L. I. p. 59. ad illustrandum Homeri versum Od. I. 23.

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Μηνύει δὲ καὶ Ἔφορος τὴν παλαιὰν περὶ τῆς Αἰθιοπίας δόξαν (scil. τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, τὰ πρὸς ὠκεανῷ), ὅς φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Εὐρώπης λόγῳ, τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τόπων, εἰς τέσσαρα μέρη διῃρημένων, τὸ πρὸς τὸν Ἀπηλιώτην Ἰνδοὺς ἔχειν. πρὸς Νότον δὲ Αἰθίοπας· πρὸς Δύσιν δὲ Κελτούς· πρὸς δὲ Βοῤῥᾶν ἄνεμον Σκύθας· προςτίθησι δ', ὅτι μείζων ἡ Αἰθιοπία ἢ (pro hac vocula καὶ mecum leget, quivis Ephori verba, a Cosmo relata, accuratius pensitaverit) ἡ Σκυθία. Δοκεῖ γάρ φησι τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν ἀπ' ἀνατολῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν· ἡ Σκυθία δ' ἀντίκειται τούτῳ. Reliqua sunt Strabonis. Idem L. I. 57: Ἀλλὰ μὲν καὶ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν παλαιὰν εἴρηκεν Ἔφορος ᾗ οὐκ ἄλογον ἐντυχεῖν καὶ Ὅμηρον· λέγεσθαι γάρ φησιν ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων, Αἰθίοπας τὴν Λυβύην

ἐπελθόντας μέχρι δύσεως τοὺς μὲν αὐτοῦ μεῖναι, τοὺς δὲ καὶ τῆς παραλίας κατασχεῖν πολλήν· τεκμαίρεται δὲ ἐκ τοῦ καὶ Ὅμηρον εἰπεῖν οὕτως·

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Cf. Gall. Itp. ad h. l. T. I. p. 68. *Bake* ad Posidon. p. 108 — 112. Herodotus VII. 70. Οἱ δὲ ἀπ' ἡλίου ἀνατολέων Αἰθίοπες, διξοὶ γὰρ ἐστρατεύοντο seq. Pausan. I. 33. Scymnus Chius vs. 168 — 175. ibiq. Vinding.

39.

Josephus c. Apion. I. 12. (T. II. p. 444 Haverc.) Περὶ μὲν γὰρ Γαλατῶν τε καὶ Ἰβήρων οὕτως ἠγνόησαν οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἐστι καὶ Ἔφορος, ὥςτε πόλιν οἴεται μίαν εἶναι τοὺς Ἴβηρας τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς Ἑσπερίου γῆς κατοικοῦντας.

Quomodo haec reprehensio, a multis dehinc excepta et propagata, accipienda sit, in universum dici nequit. Si Strabonem conferimus (V. p. 237.), qui Ephorum dicit Iberiam nimis arcte ad Gaditanos fere fines restrinxisse, reliqua Celticae adtribuisse, Josephus Ephorum immerito notavit, aut aliud quiddam respexit, quod nunc ignoramus. Nec omnino veri videtur simile, totam Hispaniam unam fuisse civitatem Ephorum putasse, in qua multo antea *Hecataeus* plures agnoverat. Vid. Stephan. v. Μαστιανοί, Σικάνη. Thucydid. VI. 2. al. *Is. Vossius* ad Scylacem (T. I. p. 48 Geograph. Min. Huds.) Ephorum defendi posse credit prisco loquendi usu, quo insulae peninsulaeque πόλεις vo-

cabantur. Ipse Strabo et doctissimus ejus interpres hunc singularem morem exemplis (non solum poetarum, sed pedestris quoque orationis scriptorum) comprobarunt, Lib. VIII. p. 546. Cf. *Verheyk.* ad Antonin. Lib. p. 237. *Valcken.* ad Eur. Phoen. p. 184 et 216. qui et urbem maritimam νῆσον a poetis appellari docet.

40.

Plinius IV. 36. *Ab eo latere, quo* (Gades) *Hispaniam spectat, insula est, — — in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab* Ephoro *et Philistide Erythia, a Timaeo et Silono Aphrodisias. Erythia dicta est, quoniam Tyrii Aborigines eorum* (scil. Poenorum), *orti ab Erythraeo mari ferebantur. In hac Geryones habitasse a quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit.*

Stephanus: Ἀφροδισιὰς νῆσος, πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων, et, qui plura doctioraque praestat, Strabo III. p. 221 seqq. Sed de Geryonibus et Erythia pleni veterum libri. Vid. *Sturzius* ad Pherecyd. Fr. p. 71. not. et p. 109 seq. *Creuzerus* ad Hecat. p. 51. not. (Cui addi potest Eustathius ad Dionys. Perieg. vs. 558. coll. Eudocia pag. 214. ubi Hecataei narratio paullulum auctior ex Arriano repetitur.) De Tyriis, ab Erythraeo mari oriundis, cf. Itpp. ad Herodoti I. 1. *Gesner.* de Navig. extra columu. Herc. II. p. 610 Herm. *Rosenmüll.* Schol. in Genes. p. 118.

41.

Strabo III. p. 202. Artemidorus Sacrum Promontorium, quod in extrema Hispania est, navigio comparat, et accedere ad hanc figuram ait tres exiguas insulas, νησίδια τρία, τὸ μὲν ἐμβόλου τάξιν ἔχον, τὰ δὲ ἐπωτίδων, ἐφόρμους ἔχοντα μετρίους. Ἡρακλέους δ' ἱερὸν ἐνταῦθα (οὐ Casaub.) δείκνυσθαι· ψεύσασθαι δὲ τοῦτο Ἔφορον· οὔτε γὰρ Ἡρακλέους βωμὸν οὔτ' ἄλλο τι τῶν θεῶν (θειῶν Siebenk. οὔτ' ἄλλου του θεοῦ s. τῶν θεῶν Interpr. Paris. e codicis vestigio) εἶναι· sed lapides ibi congestos aliae rei inservire. Reliquam loci partem optime illustravit *Gosselin.* in Interpret. Gallic. T. I. pag. 385.

42.

Stephanus Καλάθη, πόλις οὐ πόῤῥω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Ἔφορος δὲ Καλάθουσαν αὐτήν φησιν. Ptolemaeus IV. 3. *Calathen* inter Africae insulas, prope continentem sitas, memorat. Quae commutatio in prioribus Geographis non infrequens est.

43.

Strabo IV. p. 305. Ἔφορος δὲ ὑπερβάλλουσάν τε τῷ μεγέθει λέγει τὴν Κελτικὴν, ὥςτε ἧςπερ νῦν Ἰβηρίας καλοῦμεν, ἐκείνοις τὰ πλεῖστα προςνέμειν μεχρὶ Γαδείρων· φιλέλληνάς τε ἀποφαίνει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πολλὰ ἰδίως λέγει περὶ αὐτῶν, οὐκ ἐοικότα τοῖς νῦν. Ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο· ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς, μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας. τὸν

δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαι.

Interpres Paris. T. II. pag. 75. not. Strabonem dicit Ephori mentem parum adsecutum, qui licet in universa terrae divisione omnem occiduam plagam Celtis tribuerit, minime singularum terrarum (Hispaniae et Galliae) miscuisset. „Ainsi, pergit, Ephore a pu dire que les Celtes s'étendoient jusqu'à Cadiz, sans qu'on puisse en inférer qu'il portoit jusque là les limites de la Celtique proprement dit, ou la Gaule, dont parle Strabon.“ Atqui haec distinctio ad posteriora tempora pertinet, illamque ipsam fuisse Ephori opinionem, ejus sectatoris, Scymni Chii diserta verba declarant, Perieg. vs. 168. qui, postquam de Gadibus et Tartesso egerat, continuo subjungit, ἔπειτα χώρα Κελτικὴ καλουμένη, Μέχρι τῆς θαλάττης, τῆς κατὰ Σαρδὼ κειμένης· Ὅπερ μέγιστον ἐστὶ πρὸς δυσμὰς ἔθνος. Recte jam *J. Müllerus*, et nostris ille literis praematura morte ereptus, monuerat, (de Bello Cimbrico Opp. T. XII. p. 266. not.) „priscos eodem fere modo *Celtorum* nomine omnes gentes ad occidentem sitas complexos esse, quo, patrum memoria, *Indi* adpellarentur, ad quoscunque mercatoribus longa et difficilis navigatio esset, linguis licet, moribus, cultu, situ immensum discretos.“ Itemque Strabo L. I. p. 58. Φημὶ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥςπερ τὰ πρὸς Βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν ἢ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος, ὕστερον δὲ καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων, Κελτοὶ, καὶ Ἴβηρες, ἢ συμμίκτως Κελτί-

βηρες, καὶ Κελτοσκύθαι προςηγορεύοντο, ὑφ' ἓν ὄνομα τῶν καθέκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν· οὕτω τὰ μεσημβρίνα πάντα, Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, τὰ πρὸς ὠκεανῷ. Conf. et *Valcken.* ad Herodot. IV. 49. p. 303. *Wyttenb.* Bibl. Crit. II. VI. p. 71. *Niebuhr.* Hist. Roman. T. II. pag. 253 seqq. Quidni autem Ephoro talem commistionem ignoscamus, cum *Posidonius* adhuc Pyrenaeos montes et Alpes permutaret? Vid. *J. Bake* ad ejus Reliqq. p. 123. Herodoti quidem Pyrenem *J. Müllerus* (Opp. T. VI. p. 398.) esse putat das Tyrolergebürge (der Brenner) und seine Donauquellen, der Inn. Reliquam Ephori de Celtis narrationem Casaubonus ad Strabonis l. l. et *Corayus* in Orellii Supplem. ad Nicol. Damasc. (qui Ephorum exscripsit) p. 70. illustrarunt.

44.

Strabo VII. p. 450. Ineptum esse figmentum *Cimbros* immodica maris eluvie e sedibus suis pulsos fuisse. Οὐκ εὖ δ' οὐδ' ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλεμμυρίδας τοὺς Κίμβρους, οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες, κατακλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσι, καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου, ὅπερ Ἔφορός φησιν. Idem Lib. II. pag. 160. ex *Posidonio*, εἰκάζει δὲ καὶ τὴν τῶν Κίμβρων καὶ τὴν τῶν συγγενῶν ἐξανάστασιν ἐκ τῆς οἰκείας γενέσθαι κατὰ θαλάττης ἔφοδον (οὐκ del.) ἀθρόαν συμβᾶσαν. Ibi Casaubonus: „crediderim Strabonis ἁμάρτημα μνημονικὸν, Posidonio imprudenter tribuentis

quod Ephori potius fuit. Posidonius autem quid supra hoc censuerit, ex his verbis, L. VII. p. 450. ubi de Cimbris, apparebit: Ταῦτα δὲ (nimirum quae *hic* Strabo ait) δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσιν Ποσειδώνιος, καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες, καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι καὶ μεχρὶ τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν." Quod judicium calculo suo adprobat *J. Bake* pag. 120. Veruntamen Posidonii reprehensio hoc quidem loco Ephori auctoritatem non labefactat. Verisimillimum videtur, Cimbros aquarum incursu e maritimis suis sedibus esse deturbatos; illamque famam aut antiquitus traditam, aut quacunque auditione acceptam, ab Ephoro *primum* in historiae continuitatem fuisse relatam. Nam quod *Mannertus* (Geogr. Vett. T. III. p. 31.) conjecit: „Die Erzählung kommt wahrscheinlich von *Pytheas*, der an der Küste des nördlichen Oceans Wilde fand, vielleicht von Ueberschwemmungen daselbst gehört, auch wohl Spuren gesehen hatte, zugleich aber das Gefundene mit den Angaben des Homers, oder noch älterer Dichter verband, und diese Völker zu den nördlichen Kimmeriern machte"; hoc quidem in Pytheam cadere nequit, qui Ephoro haud dubie aliquanto junior existimari debet. *J. Müllerus* l. l. p. 270. ad Strabonis verba solum adnotaverat: „nisi forte (subolet) male suos intellexerit Posidonius." Cf. *Lowth.* de Sacra Poesi Hebr. p. 128 Michael. *Schoening.* in Allgem. Weltgesch. T. XXXI. p. 186 seq. *Mannert.* T. III. p. 316. et, qui sua ex Ephoro hauserunt, Nicol. Damasc.

p. 144 Or. ibiq. nott. p. 227. Aelian. V. H. XII. 23. Fortasse etiam Aristoteles (Ethic. Eudem. III. 1. p. 116 Sylb.), qui cum ἀνδρεῖον esse negat, οὔτ' εἰ γινώσκων ὅσος ὁ κίνδυνος διὰ θυμὸν ὑπομένει τὰ φοβερά· οἷον οἱ Κελτοὶ πρὸς τὰ κύματα ὅπλα ἀπαντῶσι λαβόντες. Cf. Ethic. Nic. III. 7. p. 48 Sylb.

45.

Strabo V. p. 375. Ἔφορος δὲ τοῖς Κιμμερίοις προςοικειῶν τὸν τόπον, φησὶν αὐτοὺς ἐν καταγείοις οἰκίαις οἰκεῖν, ἃς καλοῦσιν ἀργίλλας, καὶ διά τινων ὀρυγμάτων παρ' ἀλλήλους τε φοιτᾷν, καὶ τοὺς ξένους εἰς τὸ μαντεῖον δέχεσθαι, πολὺ ὑπὸ γῆς ἱδρυμένον· ζῆν δ' ἀπὸ μεταλλείας καὶ τῶν μαντευομένων, καὶ τοῦ βασιλέως ἀποδείξαντος αὐτοῖς συντάξεις. Εἶναι δὲ τοῖς περὶ τὸ χρηστήριον ἔθος πάτριον, μηδένα τὸν ἥλιον ὁρᾷν, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς ἔξω πορεύεσθαι τῶν χασμάτων· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὡς ἄρα

— οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται. —

Ὕστερον δὲ διαφθαρῆναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ βασιλέως τινὸς, οὐκ ἀποβάντος αὐτῷ τοῦ χρησμοῦ· τὸ δὲ μαντεῖον ἔτι συμμένειν μεθεστηκὸς εἰς ἕτερον τόπον.

Hanc narrationem breviter ex Ephoro, suppresso nomine, refert Eustathius ad Odyss. Λ. pag. 416 Basil. Pertinet hic locus in primis ad varia μυθολογούμενα de Sibylla et oraculo Cumano, quae tractavit *Galilaei* Dissertt. de Sibyll. Cum. Cap. V. et *Heynius* Excurss. II et III. ad Aeneid. VI. p.

315 et 319. Cujus verba, quia eximie Ephori locum illustrant, nisi liber omnium manibus tereretur, integra exscriberem. Sed quod ibidem, cum de specubus et subterraneis locis circa Cumam disseruisset, adjungit: „Admodum itaque probabile est, et opinioni fidem facit apud Strabonem V. p. 244 D. *Ephorus*, cujus magna hac in re auctoritas est, cum ipse *Cumanus* diligensque scriptor fuerit, prisca aetate eas cavernas hominibus pro domibus fuisse, donec ad meliorem vitae cultum procederent, natamque hinc esse de Cimeriis fabulam Odyss. Λ, 13 seq." vellem vir summus Ephorum, *Asiatica* Cuma oriundum, non *Italum* nobis finxisset.

De *Cimmeriis* in inferiori Italia degentes quosdam veterum locos congessit *Uphagen* Parerg. Historic. pag. 22 seq. M. de *Keralio* in Mém. de l'Academ. des Inscr. T. XLVI. p. 598. „J'ignore, dicit, comment et dans quel temps les Cimmeriens qu'*Ephore* et la tradition placoient en Italie près du lac Averne, auroient pu s'y rendre." Cui quaestioni pluribus quam pro fragmentorum angustiis respondendum foret.

46.

Strabo VI. 397. Εἶθ' ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι, ἐπεὶ Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ, μικρὸν ὕστερον τῆς ἀπὸ Κρότωνος καὶ Συρακουσῶν κτίσεως ἀποικισθέντες ὑπὸ Εὐάνθους. Ἔφορος δ' οὐκ εὖ, τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν ἀποίκους φήσας.

Ephoro tamen adstipulatos et alios fuisse auctores, (v. g. Pausan. III. 19. Scymn. vs. 316 seq.) *Heynius* monstravit Opuscull. Acad. II. p. 46. Ad Virg. Aen. III. 397. coll. *Larcher*. Chronol. He-Herodot. p. 449. *Kannius* ad Conon. Narratt. p. 75. hanc scriptorum diversitatem sic componere conatus est, ut duabus vicibus Locrorum in Hellade colonias in Italiam missas fuisse statueret, unam *Opuntiorum*, alteram *Ozolarum*. De dissidio Timaeum inter et Aristotelem super urbis origine cf. *Schweighaeuserus* ad Polyb. XII. 5. T. VII. pag. 81 seq. *Spanhemius* de Us. et Pr. Numism. T. I. p. 578.

47.

Strabo VI. p. 398. Τῆς δὲ τῶν Λοκρῶν νομογραφίας μνησθεὶς Ἔφορος, ἣν Ζάλευκος συνέταξεν, ἔκ τε τῶν Κρητικῶν νομίμων [a]), καὶ Λακωνικῶν, καὶ ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτικῶν, φησὶν ἐν τοῖς πρώτοις καινίσαι τοῦτον τὸν Ζάλευκον, ὅτι, τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐφ' ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν, ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν· ἡγούμενος τὰς μὲν γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν, δεῖν δὲ τὰς αὐτὰς . . . . [b]) ἐπαινεῖν· καὶ τὸ ἁπλουστέρως περὶ τῶν αὐτῶν συμβολαίων διατάξαι. Θουρίους δ' ὕστερον ἀκριβοῦν θέλοντας περὶ τῶν ἄκρων, ἐνδοξοτέρους μὲν γενέσθαι, χείρονας δέ [c])· εὐνομεῖσθαι γάρ, οὐ τοὺς ἐν τοῖς νόμοις ἅπαντα φυλαττομένους τὰ τῶν συκοφαντῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς ἁπλῶς κειμένοις. Τοῦτο δὲ καὶ Πλάτων εἴρηκεν, ὅτι

παρ' οἷς πλεῖστοι νόμοι, καὶ δίκαι παρὰ τούτοις, καὶ βίοι μοχθηροί· καθάπερ καὶ παρ' οἷς ἰατροὶ πολλοί, καὶ νόσους εἰκὸς εἶναι πολλάς.

a) Ἀγράφων scilicet, monente *Bentlejo*, Dissert. upon the Epistt. of Phal. pag. 339. qui vertit *customs*. Cf. *Reiffius* ad Artemid. Oneirocrit. T. II. p. 442.

b) Hiantem orationem *Casaubonus* bene supplevit: δεῖν δὲ τὰς αὐτὰς εἶναι ἀεὶ τὰς ζημίας, ὅπερ ἄξιον ἐπαινεῖν.

c) *Heynius*, qui hunc totum locum pertractavit, Op. Ac. II. p. 67, 32, haec notavit p. 39: „Debent itaque Thurii Locrorum leges adoptasse. Et sane apud Athenaeum, XI. p. 508. Thuriorum legumlator appellatur *Zaleucus*, et apud Scymnum Chium vs. 349 Sybaritae periisse memorantur cum *Zaleuci* leges solvissent. Quae loca nisi rem declararent, possent sane *Ephori* verba in alienam sententiam accipi. Cf. Fabricii B. Gr. T. I. p. 535.“ (T. II. p. 4 sq. Harl.) Quod hic est, Zaleucum simplicius constituisse de contractibus, περὶ συμβολαίων, habet etiam Diodorus XII. 21 fin. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν συμβολαίων (f. πέρι), καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον ἀμφισβητούντων, καλῶς ἐνομοθέτησε. Mirum igitur illud Zenobii IV. 20. pag. 18. Ζαλεύκου νόμος· ἐπὶ τῶν ἀποτόμων· Ζάλευκος γὰρ Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις ὠμότερον νομοθέτησεν.

48.

Strabo VI. pag. 403. Ὤικουν δὲ Ἰάπυγες τὸν Κρότωνα πρότερον, ὡς Ἔφορός φησι. Postea hanc urbem Achaei, duce Myscello, condiderunt, Olymp. XVII. 3. Dionys. Halicarn. A. R. II. 59. *Heyn.* l. l. p. 179.

49.

Strabo V. pag. 406. Οἰκιστὴς δὲ τοῦ Μεταποντίου Δαύλιος ὁ Κρίσσης τύραννος γεγένηται, τῆς περὶ Δελφοὺς, ὥς φησιν Ἔφορος. Non tunc primum (Olymp. LXXXIII?) conditum Metapontum, sed antiquissimis, adeoque Iliacis temporibus fundatum ab *Epeo* fertur, qui equum trojanum fabricaverit. Justinus XX. 2. Vellejus I. 1. ibiq. itpp. Post dirutum a Samnitibus, Achaei, acciti a Sybaritis, duce *Daulio*, aut secundum alios Leucippo restituerunt. *Heynius* l. l. p. 207 et 211.

50.

Strabo VI. p. 408. *Siciliae* ambitus: Ἔνιοι δὲ ἁπλούστερον εἰρήκασι, ὥσπερ Ἔφορος τόν γε περίπλουν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν έ. *J. Bake* ad Posidon. p. 131. pro έ legendum putat ή, sicuti Thucydides habet VI. 1. Sed in his rebus dissentire solent scriptores. *Cluverius* Sic. Ant. I. 3, diversis diversorum auctorum sententiis recensis: „ego vero, inquit, insulam pede meo totam, uno certo aequoque gressu, circumiens, ambitum ejus diligentissima cura observavi; terreno itinere erit passuum 100."

51.

Strabo VI. p. 414. Διετέλησαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ καὶ Σικανοὶ καὶ Μόργητες καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον, ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες, οὕςπερ πρῶτον φησὶν τῶν Βαρβάρων Ἔφορος λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκιστάς.

Strabo, (in excerpendis scriptoribus nonnunquam negligentius versatus) minime vero Ephorus, *Sicanos* et *Iberes* distinguit, quos eosdem fuisse certissime constat. Thucyd. VI. 2. Philistus ap. Diodor. V. 6. Schol. Homer. Od. XXIV. 306. Silius Ital. XIV. 35. al. Nam Timaeo ap. Diod. V. 6. aut Diodoro ipso, quorum alter obloquendi reliquis (Philisto inprimis, vid. Plutarch. Vit. Dionis cap. 34. et Vit. Niciae praef.) studio, alter ut patriae famam conciliaret [10]), Sicanos aborigines s. αὐτόχθονας perhibuerunt, nemo peritior fidem habebit. Conf. *Niebuhr*. Histor. Roman. T. I. pag. 110. *Heyn*. ad Guthr. Histor. Univ. T. IV. p. 79. *D'Orvill.* Sicula Cap. IX. p. 162.

10) Constat quantum veteres honoris ponerent in nomine aboriginum, et quantopere eum omnes affectarent. Vid. Rittershus. ad Oppian. Cyneg. III. 563. p. 81. *Micali* Italia cett. p. 6 seq. Diodorus ergo, si indigenas fuisse Sicanos, non adventicios persuasisset hominibus, et suae urbi Ἀργυρίῳ (Diod. I. p. 8. Sed scrib. Ἀγυρίῳ vid. *Eckhel.* Doctr. Numm. P. I. Vol. I. pag. 194.), quam a Sicanis conditam esse probat *De Non.* Voy. en Sicile p. 55. hanc laudem comparasset.

52.

Strabo VI. 410. De Naxo et Megara. — Φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ πεντεκαιδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωϊκά· τοὺς γὰρ πρότερον δεδιέναι τὰ ληστήρια τῶν Τυῤῥηνῶν, καὶ τὴν ὠμότητα τῶν ταύτῃ βαρβάρων, ὥςτε μηδὲ κατ' ἐμπορίαν πλεῖν. Θεοκλέα δ' Ἀθηναῖον παρενεχθέντα ἀνέμοις εἰς τὴν Σικελίαν, κατανοῆσαι τήν τε οὐδένειαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς· ἐπανελθόντα δὲ, Ἀθηναίους μὲν μὴ πεῖσαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ συχνοὺς παραλαβόντα, καὶ τῶν Ἰώνων τινὰς, ἔτι δὲ Δωριέων οἱ πλείους ἦσαν Μεγαρεῖς, πλεῦσαι· τοὺς μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην.

Πεντεκαιδεκάτῃ γ. cum *Cluverio* Sic. A. I. 2. *Heynio* Opusc. Ac. II. p. 259 et 266. *Siebenk.* T. II. p. 256. scripsi pro vulg. τῇ γενεᾷ, sive, quod *Scaliger* voluit (ad Euseb. p. 75.), τῇ δεκάτῃ. Cf. Thucyd. VI. 4. ibiq. *Duckerus.* Diodor. XIV. 88. al. Longum enim esset, recentiorum, qui a Cluverio inde de his urbibus scripserint, agere recensum. Scymnus Chius vs. 276 (correctus a Cluverio l. l.) seqq. Ephorum pro more compilavit.

53.

Strabo VI. pag. 427. De Tarento. Ἔφορος δ' οὕτω λέγει περὶ τῆς κτίσεως. Ἐπολέμουν Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίοις, ἀποκτείνασι τὸν βασιλέα Τήλεκλον εἰς Μεσσήνην ἀφικόμενον ἐπὶ θυσίαν, ὀμόσαντες μὴ πρότερον ἐπανήξειν οἴκαδε, πρὶν ἢ Μεσ-

σήνην ἀνελεῖν, ἢ πάντας ἀποθανεῖν· φύλακας δὲ κατέλιπον τῆς πόλεως στρατεύοντες τούς τε νεωτάτους καὶ πρεσβυτάτους τῶν πολιτῶν. Δεκάτῳ δ' ὕστερον ἔτει τοῦ πολέμου, τὰς γυναῖκας τῶν Λακεδαιμονίων συνελθούσας, ἐξ ἑαυτῶν πέμψαι τινὰς παρὰ τοὺς ἄνδρας, τὰς μεμψομένας, ὡς οὐκ ἐπίσης πολεμοῖεν πρὸς τοὺς Μεσσηνίους· οἱ μὲν γὰρ μένοντες, τεκνοποιοῦνται· οἱ δὲ χήρας ἀφέντες τὰς γυναῖκας, ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ κίνδυνος εἴη λειπανδρῆσαι τὴν πατρίδα. Οἱ δ' ἅμα καὶ τὸν ὅρκον φυλάττοντες, καὶ τὸν τῶν γυναικῶν λόγον ἐν νῷ θέμενοι, πέμπουσι τῆς στρατείας τοὺς εὐρωστοτάτους ἅμα, καὶ νεωτάτους, οὓς ᾔδεσαν οὐ μετασχόντας τῶν ὅρκων διὰ τὸ παῖδας ἔτι ὄντας συνεξελθεῖν τοῖς ἐν ἡλικίᾳ· προσέταξαν δὲ συγγενέσθαι ταῖς παρθένοις ἁπάσαις ἅπαντας, ἡγούμενοι πολυτεκνήσειν μᾶλλον· γενομένων δὲ τούτων, οἱ μὲν παῖδες ὠνομάσθησαν Παρθενεῖαι· Μεσσήνη δὲ ἑάλω πολεμηθεῖσα ἐννεακαίδεκα ἔτη, καθάπερ καὶ Τυρταῖος φησίν·

Ἄμφω τῶδ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη.
Νωλεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες
Αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.
Εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες,
Φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

Τὴν μὲν οὖν Μεσσηνίαν κατενείμαντο. Ἐπανελθόντες δ' οἴκαδε τοὺς Παρθενείας οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐτίμων, ὡς οὐκ ἐκ γάμου γεγονότας· οἳ συνιστάμενοι μετὰ τῶν Εἱλώτων, ἐπεβούλευσαν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ συνέθεντο ἆραι σύσσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πῖλον λακωνικὸν, ἐπειδὰν ἐγχειρῶσι· τῶν

δὲ Εἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες, τὸ μὲν ἀντεπιτίθεσθαι, χαλεπὸν ἔγνωσαν· καὶ γὰρ πολλοὺς εἶναι, πάντας ὁμόφρονας, ὡς ἂν ἀλλήλων ἀδελφοὺς νομιζομένους, τοὺς μέλλοντας δ' αἴρειν τὸ σύσσημον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπιέναι προςέταξαν. Οἱ μὲν δὴ μεμηνυμένης αἰσθόμενοι τὴν πρᾶξιν ἐπέσχον, οἱ δὲ διὰ τῶν πατέρων ἔπεισαν αὐτοὺς εἰς ἀποικίαν ἐξελθεῖν· κ' ἂν μὲν κατάσχωσιν ἀρκοῦντα τὸν τόπον, μένειν· εἰ δὲ μὴ, τῆς Μεσσηνίας τὸ πέμπτον κατανείμασθαι μέρος ἐπανιόντας. Οἱ δὲ σταλέντες κατελάβοντο τοὺς Ἀχαιοὺς, πολεμοῦντας τοῖς βαρβάροις· μετασχόντες δὲ τῶν κινδύνων, κτίζουσι τὴν Τάραντα.

Eadem, proculdubio a nostro, habent Diodorus Sic. XV. 66. ibiq. *Wess.* T. II. p. 54. Justinus III. 4. Cf. Eustathius ad Dionys. 376. *Marsh.* Chron. Can. p. 543. *Heyn.* l. l. p. 217. Strabo L. VIII. p. 557. *Tyrtaei* iterum meminit in rebus Messeniaci belli, sed ejus quid sibi versus velint, a nupero demum interprete Gall. T. III. pag. 205. intellectum esse mihi videtur.

54.

Strabo VII. p. 504. Dodona. Ἔστι δὲ ὥς φησιν Ἔφορος Πελασγῶν ἵδρυμα. Οἱ δὲ Πελασγοὶ τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα δυναστευσάντων, ἀρχαιότατοι λέγονται· καὶ ὁ ποιητής φησιν οὕτω· (Il. II. 233.) Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε Πελασγικέ — —. Ὁ δὲ Ἡσίοδος· Δωδώνην φηγόν τε Πελασγῶν ἕδρανον ἧκεν.

De Homerici versus varia interpretatione vid. *Heynii* Excurs. II. ad Il. XVII. T. VII. pag. 283 seqq. Herodotus II. 52 — 58. loco classico de Pe-

lasgis, eos quidem antiquissimis temporibus Dodonam inhabitasse significat, oraculum vero ipsum ab Aegyptiis fundatum. Quam sententiam speciosis argumentis impugnat *Mannertus* Geogr. Vett. T. VII. p. 674. Equidem de hac re, quae latissime patet per Graecas origines, nec verbo potest confici, nunc aliquid pronunciare noluerim, nec illorum examinare opinionem (*Michaelis* in Specileg. Geogr. Ext. Hebr. P. I. p. 120. *Freret.* in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XLVII. pag. 63.), qui sub *Dodanim* in Genes. Cap. X. 4. *Dodonam* intelligi volunt; alterum potius Ephori locum de Pelasgis afferam, quem si contuleris cum multiplici eorum commemoratione, in superioribus libris facta, nobiscum doleas gravissimae hujusce priscae historiae partis jacturam, dispersis exscriptorum locis minime resarciendam.

Strabo V. p. 337. Τοὺς δὲ Πελασγοὺς, ὅτι μὲν ἀρχαῖον τὶ φῦλον κατὰ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπεπόλασε, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι τοῖς κατὰ Θετταλίαν, ὁμολογοῦσιν ἅπαντες σχεδόντι· νομίζειν δέ φησιν Ἔφορος, τὸ ἀνέκαθεν Ἀρκάδας ὄντας ἑλέσθαι στρατιωτικὸν βίον· εἰς δὲ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν προτρέποντας πολλοὺς, ἅπασι τοῦ ὀνόματος μεταδοῦναι, καὶ πολλὴν ἐπιφάνειαν κτήσασθαι, καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις, παρ' ὅσους ποτὲ ἀφιγμένοι τετυχήκασι. — — — — — Τῷ γ' Ἐφόρῳ τῷ ἐξ Ἀρκαδίας εἶναι τὸ φῦλον ἦρξεν (auctor erat) Ἡσίοδος, φησὶ γὰρ, Τιεῖς ἐξεγένοντο Λυκάονος ἀντιθέοιο Ὅν ποτε τίκτε Πελασγός. Καὶ τὴν Πελοπόννησον δὲ Πελασγίαν φησὶν Ἔφορος.

Schol. Anecdot. ad Dionys. Perieg. 348. (In Viennensi editione Geogr. Min. T. II. pag. 466.) Κυλλήνηθεν] Κυλλήνη ὄρος Ἀρκαδίας. Ἀρκάδες δὲ ἀνέκαθεν Πελασγοὶ, ὥς φησιν Ἔφορος.

Herodotus I. 146. inter eos, qui permixti cum Ionibus Ioniam incoluerint, numerat etiam Ἀρκάδας Πελασγούς, ubi notat *Wesselingius* pag. 742. Cf. Pausanias VIII. 1. *Salmasius* Hellenist. pag. 286 sq. et pag. 304. *Marsham.* Chron. Can. pag. 130. *Simson.* ad a. 2813. p. 65. *Sturzius* ad Pherecyd. p. 203. Itpp. ad Philoch. Frgmm. pag. 14. Ephori sententia favet narrationi illi de Oenotro Arcade, Lycaonis f. qui, primus Graecorum, coloniae Pelasgorum in Italiam deducendae auctor fuerit. Dionys. Halic. A. R. I. 9. *Heyn.* Excurs. IV. ad Aen. VII. *Niebuhr.* Hist. Rom. I. pag. 34 seq. Quid autem de Tyrrhenorum origine Ephorus senserit, quae virorum doctorum disputationibus nuper admodum varie agitari coepta est, nihil ejusmodi quicquam in veteribus occurrit.

55.

Scymnus Chius vs. 474.

Ἑξῆς διεξίεμεν δὲ πάλιν τὴν Ἑλλάδα.
Ἐπὶ κεφαλαίων τούς τε περὶ αὐτὴν τόπους
Ἐθνικῶς ἅπαντας κατ' Ἔφορον δηλώσομεν.

Profitetur igitur hic disertis verbis, quod eum fecisse in reliquis, aliorum locorum comparatio ostendit. Et potest Scymni libellus maximam partem *pro compendio uberioris Ephori Geographiae,* praesertim in Graeciae descriptione, haberi; quem

ducem nullibi deseruisse videtur, nisi quo aliorum auctorum, Herodoti, Timaei, Eratosthenis, Demetrii, expressam mentionem facit. Quae observatio item cadit in Scymni fragmentum ab *Holstenio* primum publici juris factum.

56.

Strabo VIII. p. 514. Ἔφορος μὲν οὖν ἀρχὴν εἶναι τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀκαρνανίαν φησὶν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν, ταύτην γὰρ συνάπτειν πρώτην τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ἔθνεσιν, τῇ παραλίᾳ χρώμενος μέτρῳ, ἡγεμονικόν τι τὴν θάλατταν κρίνων πρὸς τὰς τοπογραφίας.

Scylax et Dicaearchus (Peripl. p. 28. Gron. Stat. Gr. p. 164 Hoesch.) Graeciae initium ab Ambracia statuerunt; alii aliter. Dubitari enim poterat, essentne illae gentes (Acarnanes, Aetoli, v. Thucyd. I. 5 fin.) Graecis adnumerandae, quae belli armorumque studio se Barbaros potius, quam humanitatis artibus Graecos ferrent. Interpr. Paris. T. III. 135. haec notat : Éphore considéroit l'Acarnanie comme partie de la Grèce, parce qu'en effet les *Acarnanes* étoient d'origine Grecque par Alcmaeon un des Épigones qui avoient marché contre Thébes. Mais ce même Éphore, en soutenant que les *Acarnanes* n'étoient point allés avec les autres Grecs à la guerre de Troie (vid. Fragm. 28.), a peut-être été cause que d'autres (Ptolem. III. 14. pag. 85 edit. Mercat. a. 1605.) ont placé l'Acarnanie dans l'Épire.

57.

Strabo X. p. 695. Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας, Ἰκαρίου τοῦ Πηνελόπης πατρὸς, υἱεῖς γενέσθαι δύο, Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον· δυναστεῦσαι δ' ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρός· τούτων οὖν ἐπωνύμους τὰς πόλεις Ἐφόρῳ (vulg. Ἔφορος) λέγεσθαι δοκεῖ.

De carmine epico, ἡ Ἀλκμαιωνίς, vid. *Heyn.* ad Apollod. T. II. pag. 352. De Alyzea et Leucadio, *Berkel.* ad Stephan. pag. 106. *Harduin.* ad Plin. IV. 2. al.

58.

Stephanus Νοστία, κώμη Ἀρκαδίας· Ἔφορος τὸ ἐθνικὸν Ἑστανιανὸς ἔφη, ὥστε κατ' αὐτὸν Ἑστανίαν λέγεσθαι· ἡ αὐτὴ γὰρ τῇ προτέρᾳ, ὡς δῆλον ἐξ ἄλλων.

Pausanias VIII. 7. κώμης ἐρείπια memorat Νεστάνης, quae sine dubio eadem est de qua Stephanus.

59.

Strabo VIII. pag. 574. Insula Calauria ante Troezenem. Ἐνταῦθα ἦν ἄσυλον Ποσειδῶνος ἱερόν· καί φασι τὸν θεὸν τοῦτον ἀλλάξασθαι πρὸς μὲν Λητὼ τὴν Καλαύρειαν ἀντιδόντα Δῆλον· πρὸς Ἀπόλλωνα δὲ Ταίναρον ἀντιδόντα Πυθώ. Ἔφορος δὲ καὶ τὸν χρησμὸν λέγει·

Ἶσον τοι Δῆλόν τε Καλαύρειάν τε νεμέσθαι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην, καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα.

Idem oraculum proferunt Eustathius ad Dionys. Perieg. vs. 499. Pausanias II. 33. Καλαύρειαν

Καλαύρειαν praetuli vulg. Καλαύριαν, quod illud plurimorum usus commendaret, Stephani, Harpocrationis, Schol. Apollon. III. 1243. al. De fabulae varia explicandi ratione vid. *Obscrvv. Miscell.* Vol. VII. p. 79. *Heyn.* Excurs. IV. ad Aen. III. *Hüllm.* Anf. d. gr. G. p. 71 et 187.

60.

Strabo VIII. pag. 577. Ἔφορος δ' ἐν Αἰγίνῃ ἄργυρον πρῶτον κοπῆναί φησιν ὑπὸ Φείδωνος· ἐμπορεῖον γὰρ γενέσθαι, διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας, τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς, ἀφ' οὗ τὸν ῥῶπον Αἰγιναῖον ἐμπολεῖν λέγεσθαι.

De lectionis varietate monuit *Tzschuckius* T. III. p. 249. Phidonem Argivorum tyrannum (Aristot. V. 10.), Corinthiorum latorem legum (ib. II. 4. cum Obss. *Schneideri* p. 534. Nam *Heynium*, qui diversos fuisse arbitratus est, Opuscc. Acad. II. p. 285. latuit Schol. Pindar. Olymp. XIII. 26: ὅτι Φείδων ὁ πρῶτος κόψας Κορινθίοις τὸ μέτρον Ἀργεῖος ἦν· ibid. vs. 17: Φείδων τις Κορίνθιος ἀνὴρ εὗρε μέτρα καὶ στάθμια. cf. *Scaliger* ad Euseb. p. 64.) et mensuras et pondera invenisse, nummosque primum in Aegina percussisse, et scriptorum testimonia affatim probant (cf. *Harduin.* ad Plin. VII. 57. *Larcher.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XLVI. p. 32 seq. Itpp. Marmorr. Oxonn. Epoch. XXXI.) et ipse Aeginae nummus in *Begeri* Thes. Brandenb. T. I. p. 281. ubi fuse et docte super hac omni re ab editore disputatum est. De proverbio, cujus Strabo meminit, vid. Itpp. Hesychii v. Αἰγιναῖα T. I. p. 137. Aeliani V. H. XII. 11. At vero jam

ante Phidonem Graecos mensuras, fluidorum praecipue, habuisse, ex Homero intelligitur, Il. VII. 471. (cum Obss. *Heynii* T. V. p. 389.) et Sophoclis Palamede: Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ, Σταθμὴν τ' ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα. Vid. Excerptt. *Hugonis Grotii* p. 137.

61.

Scymnus vs. 548.

Πρώτους δὲ Κρῆτάς φασι τῆς Ἑλληνικῆς
Ἄρξαι θαλάττης, ἅς τε νησιωτίδας
Πόλεις κατασχεῖν, ἅς τε καὶ συνοικίσαι
Αὐτῶν Ἔφορος εἴρηκεν, εἶναι φησί τε
Ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
Τοῦ δὲ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος.
Πλοῦν ἡμέρας ἀπέχειν δὲ τῆς Λακωνικῆς.

In versu secundo vulgo legitur ἄρξαι, θαλαττιάς τε. Sed quamvis Creta Aristoteli (Polit. II. 7.) δοκεῖ καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν Ἑλληνικὴν πεφυκέναι, καὶ κεῖσθαι καλῶς, nusquam Cretes Graeciae imperium olim obtinuisse traditur, at graeci maris, passim. Vid. de eorum θαλασσοκρατίᾳ Interprr. ad Herodot. VII. 171. ad Thucydid. I. 4. ad Euseb. pag. 47. *Wesseling*. ad Diodor. V. 60. p. 304. In etymo ab Ephoro dissentit Apollodorus (ap. Etymol. M. v. Κρῆτες), παρὰ τὸ εὖ κεκρᾶσθαι τὸν περὶ τὴν νῆσον ἀέρα. Cf. *Salmas*. Exercitt. Plin. p. 169. *Meurs*. Cret. I. II.

62.

Strabo X. p. 735. Τοῦ δὲ ποιητοῦ τὸ μὲν ἑκα-

τόμπολιν λέγοντος τὴν Κρήτην (Il. II. 649. ubi Eustathius Ephori meminit), τὸ δὲ ἐνενηκοντάπολιν (Od. XIX. 174.) Ἔφορος μὲν ὕστερον ἐπικτισθῆναι τὰς δέκα φησὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ, ὑπὸ τῶν τῷ Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ συνακολουθησάντων Δωριέων· τὸν μὲν οὖν Ὀδυσσέα λέγει ἐνενηκοντάπολιν ὀνομάσαι. Οὗτος μὲν οὖν πιθανός ἐστιν ὁ λόγος. In Iliadis enim versu ἐκ τοῦ ἰδίου προςώπου λέγει, in Odysseae ἐκ τῶν τότε ὄντων τινὸς ἦν ὁ λόγος. Quam rationem si sequamur, et Dores Cretenses, qui in eodem Odysseae loco memorantur, (T. 175. Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· ἐν μὲν Ἀχαιοὶ, ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.) multum ante Althaemenem eo venisse dicendum foret, et vero Iliadis auctorem notitiam habuisse rerum ab Heraclidis et Doribus gestarum, de qua re dubitationem movit *Heynius* Obss. ad Il. T. IV. p. 370. Pertinet huc Velleji P. observatio L. I. „Neque est quod miremur ab Homero nominari Corinthum, nam ex persona poetae et hanc urbem, et quasdam *Ionum colonias* iis nominibus appellat, quibus vocabantur aetate ejus, multo post Ilium captum conditae.“ Verum de Cretensium Dorum migratione extat *Andronis* testimonium ap. Strab. X. p. 729. et Stephan. Frgm. v. Δώριον, qui eos advenisse ait ἐκ Θετταλίας τῆς Δωρίδο μὲν πρότερον, νῦν δὲ Ἑστιαιώτιδος λεγομένης· ἐξ ἧς ὡρμήθησαν, ὥς φησιν, οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκήσαντες Δωριεῖς καὶ ἔκτισαν τήν τε Ἐρινεὸν, καὶ Βόϊον καὶ Κυτίνιον, ἀφ' οὗ καὶ Τριχάϊκες ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγονται.

Repetunt haec, laudato *Ephoro*, Eustathius ad Homeri l. l. et Stephanus v. Ἀλίζωνες et Ἀλόπη, ubi v. itpp. *Heyn.* ad Hom. Il. II. 856. T. IV. p. 427 seq. „Memorabile exemplum critices veterum in Homero, cum mutarent temere ea quae ignota essent.“ Sed tamen Ephori sententiam quadam se veritatis specie commendare, judicat *Hugius*, Untersuchungen über den Mythus cet. pag. 315. Conf. *Petit.* de Amazonibus cap. XXIII. Apollonius Lex. Hom. T. I. p. 120: Ἀλόπη πόλις ἐν Ἄργει τῷ Πελασγικῷ, videtur illam Ephori lectionem voluisse indicare; quamvis non satis constat, quae Alope ab eo fuerit significata. In inscriptione arae Dosiad. vs. VII. Ἀλύβης βῶλοι dicuntur pro argento. Cf. *Ch. Wolf.* in Lacrozii Thes. Epistol. III. p. 256. Nonni Dionysiaca XI. p. 296. 22. XVIII. p. 464. 17.

88.

Stephanus **Πάσσα, πόλις Θρᾴκης. Ἔστι δὲ καὶ Πασσάνδα χωρίον παρὰ Ἀδραμύτειον πόλιν καὶ Κισθήνην. Τὸ ἐθνικὸν Πασσανδεύς, τῷ τῆς χώρας τύπῳ. Ἔφορος· ὀλίγοι δέ τινες εἰς τὸ τῶν Πασσανδέων χωρίον ἔφυγον.**

Idem **Βύβασσος, πόλις Καρίας ἀπὸ Βυβάσσου νομέως, περισώσαντος ἀπὸ θαλάσσης καὶ χειμῶνος** εἰς Καρίαν ἐμπεσόντα Ποδαλείριον· τὸ ἐθνικὸν, Βυβάσσιος. Ἔφορος δὲ Βύβαστόν φησι καὶ Βυβάστιον. Fortasse hanc urbem St. respexit v. Μούμαστις, ὡς Βούβαστις, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος

δευτέρῳ Καρικῶν. Conf. *Wesselingius* ad Diodori Lib. V. pag. 380.

89.

Strabo XIII. pag. 837. Alios aliter Troadem terminare, ὁμοίως δὲ τὴν Αἰολίδα. Ἔφορος μὲν λέγει ἀπὸ Ἀβύδου μεχρὶ Κύμης, ἄλλοι δ' ἄλλως. Itemque p. 896. Τὸ δὲ παλαιὸν ὑπὸ τοῖς Αἰολεῦσιν ἦν τὰ πλεῖστα, ὥστε Ἔφορος οὐκ ὀκνεῖ πᾶσαν τὴν ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης καλεῖν Αἰολίδα. Cf. *Mannert.* G. V. VI. III. pag. 401. *Creuzer.* ad Charon. pag. 117.

90.

Macrobius Sat. V. 20. „*Ephorus* notissimus historiarum scriptor in libro quinto sic ait: Μετὰ δὲ τὴν Ἄσσον ἔστι Γάργαρα πλήσιον πόλις.“ Cf. et reliqua, ex priscis scriptoribus a Macrobio deprompta, *Hemsterh.* ad Lucian. Dialogg. Deorum T. II. p. 301 seq. Bip. *Mannert.* VI. III. p. 420. Quod *Kann.* ad Cononis Narr. p. 133. e Strab. XIV. p. 958. Ephorum laudat de condita Magnesia, ejusmodi quicquam ibi non reperitur; nec, qui de illo loco copiose egit, *Heyn.* ad Homer. T. IV. p. 393. ejus in hac re mentionem alibi fieri adnotavit.

91.

Athenaeus VII. pag. 311. E. Ἔφορος δ' ἐν πέμπτῃ ποταμὸν εἶναί φησι τὸν Γαίσωνα περὶ Πριήνην, ὃν εἰσρεῖν εἰς λίμνην. Cf. *Mannert.* VI. III. p. 292. qui vero Athenaei locum debebat con-

sulere; praesertim cum et aliorum loci de fluvio s. lacu Gacsone ibi indicantur.

92.

Athenaeus XII. p. 523. Μιλήσιοι δ' ἕως μὲν οὐκ ἐτρύφων ἐνίκων Σκύθας, ὥς φησιν Ἔφορος, καὶ τάς τε ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις ἔκτισαν καὶ τὸν Εὔξεινον πόντον κατῴκισαν πόλεσι λαμπραῖς, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν Μίλητον ἔθεον. Ὡς δ' ὑπήχθησαν ἡδονῇ καὶ τρυφῇ, κατεῤῥύη τὸ τῆς πόλεως ἀνδρεῖόν, φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ παροιμία τις ἐγεννήθη ἐπ' αὐτῶν· Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Cf. et seq. locus ex Heraclidis Pontici L. II. Περὶ δικαιοσύνης, et *Hemsterhus*. ad Aristoph Plut. 1003. pag. 351 seq.

93.

Stephanus Ἄβαρνος, — — Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, Λαμψάκου ἄκρην εἶναί φησιν. Ἔφορος δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ λέγει, κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἐν Φωκίδι (Holsten. Φωκαΐδι) Ἀβαρνίδος, ὑπὸ Φωκέων (id. Φωκαέων) τὴν Λάμψακον κτιζόντων.

Aliam igitur Ephorus rationem secutus est atque Grammatici, qui promontorii s. urbis nomen ortum dixerunt διὰ τὸ τὴν Ἀφροδίτην ἀπαρνηθῆναι τὸν παῖδα (Πρίαπον) ἐκεῖ, unde Ἀπαρνὶς, post Ἀβαρνίς. Schol. Apollon. R. I. 932. *Mannert*. Geogr. VI. III. p. 519.

94.

Harpocrat. Σόλοι, ἡ μὲν Κυπρικὴ πόλις, ἡ δὲ τῆς Κιλικίας, ὡς ἄλλοι τε ἱστοροῦσι καὶ Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ. Vid. *Berkel.* ad Steph. p. 677. qui et Suidam emendat Σόλοι Σικελίας (leg. Κιλικίας) πόλις καὶ Κύπρου. Cf. *Salmas.* ad Solin. p. 777. *Mannert.* VI. II. p. 67 seq.

95.

Stephanus Νάρμαλις πόλις Πισιδίας, ὡς Κάβαλις· Οἱ πολῖται Ναρμαλεῖς, ὡς Καβαλεῖς, ὡς Ἔφορός φησι.

Idem Βάρις, πόλις· τὸ ἐθνικὸν Βαρίτης. Λέγεται Βάρις ἡ οἰκία, ὡς Ποσίδιππος, καὶ ἡ συνοικία, ὡς Ἔφορος.

Sitne hic locus usquequaque incorruptus, non affirmaverim, cum saltem admodum oscitanter excerptum ad nos pervenisse, paene certo dixerim. Ephori narrationis vestigia in Plinio animadvertuntur, V. 31: „*Attingit Galatia et Pamphylia* Cabaliam *et Milyas*, *qui circa* Barin *sunt et Cyllandicum et Oroandicum Pisidiae tractum.*“ Fortasse etiam Ephoro sua debet Nicol. Damasc. p. 122 Or. (e Joseph. A. I. 4.): Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μιννάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμηνίαν, Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλασμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι κ. τ. λ. Conf. Orell. Annotatt. p. 217. et Suppl. p. 58. Itpp. Hesychii T. I. pag. 695. *Koen.* ad Gregor. pag. 522 ed. nov.

69.

Stephanus Καρικὸν Τεῖχος, πόλις Λιβύης ἐν ἀριστερᾷ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, ὡς Ἔφορος πέμπτῃ. Hanno eam inter urbes a se conditas numerat. Vid. *Hug.* ad Hann. Peripl. p. 28. *Heeren.* Ideen T. II. p. 740.

Idem Ἀβρότονον, πόλις Λιβυφοίνικων. Καλεῖται δὲ καὶ Νεάπολις, ὡς Ἔφορος. Strabo XVII. p. 1192. Abrotonum a Neapoli distinguit, quam et Leptin vocari dicit. Fortasse Steph. erravit.

Idem Χαλισία, πόλις Λυβύης. Ἔφορος πέμπτῳ (vulg. πρώτῳ)· Ἀναχθέντι δ' ἀπὸ τούτων, πόλις ὀνομαζομένη Χαλισία.

Idem Ὕδρα, νῆσος Λιβύης, περὶ Καρχηδόνα, ὡς Ἔφορος πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ὑδραῖος ἢ Ὑδράτης. *Berkelius* ad h. l. pag. 724. nos ablegat ad *Tollii* notas ad Palaephat. p. 241.

Apostolius Proverb. VII. 37. Δούλων πόλις, ἐν Λιβύῃ. Ἔφορος ε. In Suida lege Δούλων πόλις, ἐν Λιβύῃ, παροιμία· Ἔφορος. Conf. Hesych. et Stephan. s. v. ibiq. itpp.

L I B E R VI.

97.

Athenaeus IV. 154. D. — Ἔφορος δ' ἐν ἕκτῃ Ἱστοριῶν· Ἤσκουν, φησὶ, τὰ πολεμικὰ οἱ Μαντινεῖς καὶ Ἀρκάδες. τήν τε στολὴν τὴν πολεμικὴν καὶ τὴν ὅπλισιν τὴν ἀρχαίαν, ὡς εὑρόντων ἐκείνων, ἔτι καὶ νῦν Μαντινικὴν ἀποκαλοῦσι· πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁπλομαχίας μαθήσεις ἐν Μαντινείᾳ πρῶτον εὑρέθησαν, Δημέου τὸ τέχνημα καταδείξαντος. Ibidem Athen. ex Hermippi L. I. Περὶ νομοθετῶν, Mantinenses et gladiatoriam artem invenisse refert.

Stephanus Φορίεια, κώμη Ἀρκαδίας· τὸ ἐθνικὸν Φοριαεὺς, ὡς Ἔφορος ἐν ἕκτῳ τῶν ἱστοριῶν.

98.

Stephanus Ἀλιεῖς, πόλις Λακωνικῆς παραθαλάσσια. — Ἔφορος ἐν τῷ ἕκτῳ· ὅτι οὗτοι Τιρύνθιοί εἰσι καὶ ἐξανάσταντες ἐβουλεύοντο οἰκεῖν τινα τόπον καὶ ἠρώτων τὸν θεόν· ἔχρησε δὲ οὕτω· Ποῖ τὺ λαβὼν, καὶ ποῖ τὺ καθίξω καὶ ποῖ τὺ οἴκησιν ἔχων ἁλιέα τε κεκλῆσθαι.

Berkelius (pag. 98.) Λακωνικῆς in Ἀργολικῆς mutat; recte, quantum intelligo; non enim urbs ejusmodi nominis in Laconica occurrit. Sed Ephori locum, quem mihi minus bene cepisse videtur, sic explico: E Tirynthe, quae urbs quondam Ἀλι-

εῖς vocabatur (vid. Stephan. s. v.), migraturi quidam, deum sciscitantes, responsum acceperunt his verbis conceptum: ποῖ τὺ λαβὼν, καὶ ποῖ τὺ καθίζων, καὶ ποῖ τὺ οἴκησιν ἔχων, ἁλιέα σὲ κεκλῆσθαι, h. e. ubicunque locum ceperis, ubicunque habitaveris aut consederis, te piscatorem fore s. dictum iri pronuncio. Cf. Strab. VIII. p. 572 sq. *Wass.* ad Thucyd. I. 105. Quod vero Stephanus addit: Ἐλέγοντο δ' οὕτω, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν Ἑρμιονέων ἁλιευομένους κατὰ τοῦτο τὸ μέρος οἰκεῖν τῆς χώρας, aut alia nominis explicatio est, aut glossema, e St. v. Τίρυνς huc translatum.

LIBER VII.

99.

Theon. Progymn. p. 12. ed. Bas. cap. 2. — — ἔχουσι δὲ καὶ περὶ Δαιδάλου τῆς ἀφίξεως πρὸς Κωκαλὸν τὸν Σικανῶν βασιλέα Ἔφορος μὲν ἐν τῇ ζ'. Φίλιστος δὲ ἐν τῇ πρώτῃ.

Cf. Diodor. IV. 78. quem sua, solito more, ex alterutro habere exscripta, dicit *Wesseling.* pag. 321 Amst. Eodemque modo de Zenobii loco IV. 92. ubi narratio extat non pervulgata de Minoe, *Valcken.* judicat ad Herodoti VII. 169. p. 584. Adde *Heyn.* ad Apollod. p. 348. *Creuzer.* Annotatt. ad Orat. de civit. Athen. pag. 56. Inter veteres,

Daedali et Cocali res gestas exposuisse et Philostephanus, et Callimachus ἐν αἰτίοις, dicuntur a Schol. brev. Homer. Il. B. 145. p. 32 Hervag.

LIBER VIII.

100.

Harpocration Εὐρυβάτης, Αἰσχίνης κατὰ Κτεσιφῶντα (p. 293.). — Ἔφορος ἐν τῇ ὀγδοῇ Εὐρυβάτην φησὶν ἄνδρα Ἐφέσιον λαβόντα χρήματα παρὰ Κροίσου ὥςτε στρατίαν συναγαγεῖν εἰς τὸν πόλεμον τὸν εἰς τοὺς Πέρσας, εἶτα προδότην γενόμενον ἐγχειρίσαι τὰ δοθέντα χρήματα τῷ Κύρῳ.

Fere eadem, laudato aut suppresso auctore, narrant Suidas, Apostolius IX. 33., Ulpian. ad Demosth. p. 137., Eustath. ad Hom. p. 1864. Rom., Eudocia p. 161., Diodori Excerptt. T. II. p. 553. ibiq. *Wessel.*, Schol. Aristid. T. II. p. 310., Schol. Lucian. Pseudom. T. V. p. 66 Bip., Lex. Seguier. in Bekkeri Anecdott. Gr. pag. 67 et 168., Schol. Hermogen. in Reiskii Oratt. Gr. T. VIII. p. 924 seq. Siculi vero Eurybatus, (s. Eurybates, nam fluctuat in his nominibus scriptura; vid. Homer. Il. I. 320. II. 184. IX. 170. Herodot. VI. 92. IX. 75. Thucyd. I. 47.) sic etiam Phrynondas erat ἐπὶ πονηρίᾳ διαβεβλημένος, vid. *Itpp.* ad Hesych. T. I. pag. 1528. *Schleiermacher.* ad Platon. I. 1. pag. 396.

101.

Diogenes Laertius I. 40. p. 24 Longol. Ἔφορος δὲ παρὰ Κροίσῳ πλὴν Θαλοῦ septem convenisse sapientes tradit. Ibidem p. 25. Ἔφορος δ' ἀντι Μύσωνος Ἀνάχαρσιν in VII. sapientium numero habet. Cf. Fragm. 77 et 78. Diodori Frgm. L. IX. p. 24. cum adnotatt. *Valesii* et *Wesselingii*.

102.

Athenaeus XII. 515. E. — Λυδοὶ εἰς τοσοῦτον ἦλθον τρυφῆς, ὡς καὶ πρῶτοι γυναῖκας εὐνουχίσαι, ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς Διονύσιος ὁ Σκυθοβραχίων ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλίων, ἀγνοῶν ὅτι Ἔφορος ὁ συγγραφεὺς μνημονεύει αὐτοῦ ὡς παλαιοτέρου ὄντος, καὶ Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος.

Haec uberrime explicantur a *Creuzero* in Fragmm. Xanthi pag. 140. Verba: ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερ. λ., quae VV. DD. sic accipiunt: „aut qui relatas ad eum historias conscripsit", nescio an non patiantur hanc interpretationem, nec potius sic legenda sint: ἢ ὁ τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφ. λ. Quamvis scriptores liberius his formulis uti scio; v. c. Strab. XIII. p. 919. Terpandrum primum Lyram ἑπτάχορδον adhibuisse — — καθάπερ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις ἔπεσιν εἰς αὐτὸν λέγεται. De locutione ἀφορμὰς s. ἐνδόσιμον διδόναι, ansam et occasionem praebere, v. *Luzac*. Lectt. Att. p. 23. coll. *Valchen*. ad Eurip. Phoeniss. p. 214.

LIBER IX.

103.

Schol. Apoll. R. II. 967. — Ἔφορος δ' ἐν ἐννάτῳ φησὶ τὰς Ἀμαζόνας ὑβριζομένας ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἐξελθόντων αὐτῶν ἐπί τινα πόλεμον, τοὺς μὲν καταλειφθέντας ἀναιρεῖν, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ξένης προσιόντας μὴ δέχεσθαι.

Stephanus Ἀμαζόνες, ἔθνος γυναικεῖον πρὸς τῷ Θερμώδοντι, ὡς Ἔφορος, ἃς νῦν Σαυροματίδας καλοῦσι. Cf. supra p. 191. Plato de Legg. VI. p. 353: Τὰ δὲ νῦν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσι τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυροματίδας καλοῦσι. Herodotus IX. 27. ibiq. *Wessel.* p. 703. *Creuzer.* ad Hecat. p. 79. Symbol. T. II. p. 161. *Sturz.* ad Hellan. p. 117. *Heyn.* ad Apollod. pag. 115 et 153. *Wyttenb.* Bibl. Crit. II. vii. p. 16 seq. *Jebb.* ad Aristid. T. II. p. 547. Nam subtilius inquirere in priscam de Amazonibus famam, nunc quidem non nostrum est.

104.

Schol. Apoll. R. I. 976. Κλειτὴ θυγάτηρ Μέροπος, Περκωσίου τὸ γένος, μάντεως, ἣν Κύζικος ἔγημεν, ὡς ἱστορεῖ Δηΐλοχος καὶ Ἔφορος. De Clite qui plura cupiat, adeat Parthen. Erot. XVIII. *Potter.* ad Lycophr. 1004. T. III. pag. 1301 Lips. *Heyn.* ad Homer. T. IV. p. 413.

Schol. Apoll. I. 1037. Περὶ δὲ τῆς τοῦ Κυζικοῦ ἀναιρέσεως καὶ τῆς ὅλης μάχης οὐ συμφωνεῖται. Ἔφορος μὲν γὰρ τοὺς Δολίονας, Πελασγοὺς ὄντας καὶ ἐχθρωδῶς διακειμένους πρὸς τοὺς τὴν Θεσσαλίαν καὶ Μαγνησίαν κατοικοῦντας, διὰ τὸ ἀπελασθῆναι ὑπ' αὐτῶν, ἐπιθέσθαι αὐτοῖς νύκτωρ γράφει ἐν τῇ ἐννάτῃ. Cf. Strabo XII. p. 861: Δολίονας μὲν οὖν μάλιστα καλοῦσι τοὺς περὶ Κύζικον, ἀπὸ Αἰσήπου ἕως Ῥωνδάκου καὶ τῆς Δασκυλίτιδος λίμνης. Eosdem a Phrygibus abolitos dicit Lib. XIV. p. 998. Add. *Berkel.* ad Steph. p. 307. *Kann.* ad Conon. Narrat. XLI. p. 154.

105.

Stephanus Φάλαννα πόλις Περῤῥαιβίας, ἀπὸ Φαλάννης τῆς Τύρου θυγατρός. Λυκόφρων·

Γόνον, Φάλανναν, ἠδ' Ὀλοσσόνων γύας.

Ἑκαταῖος ἱστοριῶν ά Ἱππίαν αὐτὴν καλεῖ. Καὶ Ἔφορος Φάλαννον αὐτὴν καλεῖ ἐν τῷ θ'.

Berkelius pag. 732. Lycophronem putat esse Ephori auctoritatem secutum. Vid. Tzetz. ad Lycophr. vs. 906. (ubi editum Φάλανον) T. II. p. 868. *Tzschuck.* ad Strabonis L. IX. T. III. p. 646. *Liebii* Gotha Nummaria Cap. V. §. 41 p. 204 seq. qui docte et hunc locum explicat et (§. 43. p. 207.) superiorem quendam Ephori, ubi *Themis* et Apollo oraculum Delphicum condidisse dicuntur.

LIBER X.

106.

Diogenes Laert. I. 96. p. 50. Longol. De Periandro. Ἀλλὰ καὶ Ἔφορος ἱστορεῖ ὡς εὔξαιτο εἰ νικήσειεν Ὀλύμπια τεθρίππῳ χρυσοῦν ἀνδρίαντα ἀναθεῖναι. Νικήσας δὲ καὶ ἀπορῶν χρυσίου, κατά τινα ἑορτὴν ἐπιχώριον κεκοσμημένας ἰδὼν τὰς γυναῖκας πάντα ἀφείλετο τὸν κόσμον, καὶ ἔπεμψε τὸ ἀνάθημα.

Aliam hujus facinoris causam affert Sosicles ap. Herodot. V. 92, 7. Conf. *Menag.* ad Diogen. pag. 56.

Ibid. I. 98. p. 61. De eodem. Οὗτος πρῶτος δορυφόρους ἔσχε, καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τυραννίδα μετέστησε, καὶ οὐκ εἴα ἐν ἄστει ζῆν τοὺς βουλομένους, καθά φησιν Ἔφορος καὶ Ἀριστοτέλης, Politic. V. 8. ibiq. *Schneideri* Comment. p. 336 et 500. Heraclides pag. 209 Cor. fere iisdem verbis, quibus Ephorus, utitur; a quo etiam Nicolai (Fragmm. p. 50! Or.) de Periandro fluxisse videri potest narratio. Periandri δορυφόρων meminit jam Herodotus V. 92.

107. (Olymp. LXXII. 4.)

Stephanus Πάρος, νῆσος. — — — Ἀπὸ ταύτης λέγεται παροιμία τὸ ἀναπαριάζειν, ὡς Ἔφορος ἐν δεκάτῳ. Ὁ δὲ Μιλτιάδης τῶν μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος, ἐπόρθησε· Πά-

ρον δὲ εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τότε τῶν Κυκλάδων, καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον, τῆς θαλάττης εἴργων, καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων· ἤδη τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημένων, ὕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὴν Μύκονον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν Δάτιν αὐτοῖς πυρσεύειν ὑπολαβόντες, ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας, καὶ τὴν πόλιν οὐκέτι τῷ Μιλτιάδῃ παρέδοσαν. Ὅθεν φασὶν ἡμᾶς ἔτι καὶ νῦν χρῆσθαι τῇ παροιμίᾳ, τοὺς ψευδομένους τὰς ὁμολογίας ἀναπαριάζειν φάσκοντας.

Valcken. ad Herodot. VI. 133 seqq. (qui rem longe aliter narrat) pro καθεζόμενος legi mavult προςκαθεζόμενος, sicuti loqui scriptores solent, v. g. Thucyd. I. 126. *Idem*, post *Lambinum*, *alios* (cf. *Creuzer.* ad Hecat. p. 89.) Ephorum ostendit in Miltiadis rebus expressum esse a Corn. Nepote. (Cf. Miltiad. cap. VII. Licet caeteroquin Theopompo maxime uteretur. Vid. *F. A. Wolf.* ad Demosth. Lept. p. 292.) Quod quum iterum notasset ad Herod. VI. 137. p. 501. ubi de Miltiadis damnatione et morbo, scholion profert ineditum ad Aristid. T. III. p. 292. (mutilum illud, nec post sagacissimi viri medelam persanatum,) quod collatum cum editis, T. II. pag. 177 et 243 Jebb. item ex *Ephoro* arbitror esse depromtum. Zenob. Cent. II. 21. diversam vocis ἀναπαριάζειν originem refert; Parios nimirum, quum se *Thebanis* tradere vellent, spe auxilii allata, factum foedus rupisse. Cf. *Schott.* ad h. l. p. 33.

L I B E R XI.

108.

Johannes Lydus de Mensibus pag. 113 Schow. Ἔφορός γε μὴν ὁ Κυμαῖος ἐν τῇ πρώτῃ (leg. ἑνδεκάτῃ ex Theone) τῶν ἱστοριῶν φησιν, ἀραιὰν εἶναι κατὰ φύσιν τὴν Αἴγυπτον καὶ κατ' ἔτος ἐπαγομένης ἴλυος ὑπὸ τοῦ Νείλου στεγανοῦσθαι (obtegi?), τὸν δὲ ποταμὸν δίκην ἱδρῶτος κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ καύματος ἐπὶ τὰ κουφότερα καὶ ἀραιότερα καταῤῥεῖν.

Plutarchus de Placit. Philos. IV. 1. (T. IV. p. 621 Wytt.) Ἔφορος ὁ ἱστοριογράφος κατὰ θέρος φησὶν ἀναχαλᾶσθαι τὴν ὅλην Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ ἐξιδροῦν τὸ πολὺ νᾶμα, συνδίδωσι δ' αὐτῇ καὶ ἡ Ἀραβία καὶ ἡ Λιβύη παρὰ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ ὑπόψαμμον.

Schol. Apollon. IV. 269. Ἔφορος δὲ ποταμόχωστον εἶναι φησὶ τὴν Αἴγυπτον· ῥηγνυμένης δὲ τῆς γῆς ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῷ ἔαρι ἀναπηδᾷν τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπαύξεσθαι τὸ ῥεῦμα.

Diodorus Siculus I. 39. (Quem exscripsit Theophylact. Simocatta p. 186 Par. Loci priorem partem, usque ad verba πληροῦν τὸν ποταμὸν, exhibet Cod. Monacens. No. 287. cujus usum *Creuzeri* benevolentiae debeo.) Ἔφορος (Cod. Εὔφο-

ρος) δὲ καινοτάτην αἰτίαν εἰςφέρων, (πιθανολογεῖν μὲν πειρᾶται, τῆς δ' ἀληθείας οὐδαμῶς ἐπιτυγχάνων θεωρεῖται. Haec absunt a codice) φησὶ γὰρ ἅπασαν τὴν Αἴγυπτον, ποταμόχωστον οὖσαν καὶ χαύνην, (ἔτι δὲ κισσηρώδη τὴν φύσιν, ῥαγάδας τε μεγάλας καὶ διηνεκεῖς ἔχειν· absunt a cod.) διὰ δὲ τούτων εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβάνειν ὑγροῦ πλῆθος· καὶ κατὰ μὲν τὴν χειμερινὴν ὥραν συνέχειν ἐν ἑαυτῇ τοῦτο, κατὰ δὲ τὴν θερινὴν (cod. τὸ θέρος), ὥςπερ ἱδρῶτας τινὰς ἐξ αὐτῆς πανταχόθεν ἀνιέναι, καὶ διὰ τούτων πληροῦν τὸν ποταμόν, ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος οὐ μόνον ἡμῖν φαίνεται μὴ τεθεαμένος τὴν φύσιν τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον τόπων, ἀλλὰ μηδὲ παρὰ τῶν εἰδότων τὰ κατὰ τὴν χώραν ταύτην ἐπιμελῶς πεπυσμένος. Sed tamen cap. 37. dixerat: οἱ δὲ περὶ τὸν Ἔφορον καὶ Θεόπομπον μάλιστα πάντων εἰς ταῦτα ἐπιταθέντες, ἥκιστα τῆς ἀληθείας ἐπέτυχον· καὶ διεσφάλησαν οὗτοι πάντες οὐ διὰ τὴν ἀμέλειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς χώρας ἰδιότητα.

Aristides Orat. Aegypt. T. III. pag. 585 seq. Canteri (T. II. p. 348 seq. Jebb.) Ἀλλάγε δὴ μετάβηθι. Ἐφόρου δὲ τοῦ φιλοσόφου καὶ σοφιστοῦ κόσμον ἄεισον, ᾧ κεκόσμηκεν ἀνὴρ αὐτόν τε καὶ τὴν συγγραφήν.

Tum Ephori commentum, perpensis singulorum argumentorum rationibus, ad examen vocat. Sicuti vero nec quae Diodorus contra E. disputavit, transscribenda duximus, cum in eo ipso melius legantur, nec verbosam Aristidis orationem (implet enim fere undecim pagellas), exscribere voluimus,

exceptis quae ipsius viderentur Ephori argumenta. — Nilum igitur, hieme terra constrictum, sole aestivo sudoris instar e terra excitari, statuerat. Φησὶ γὰρ, ὡς ἄρα οὐ δυνατὸν τοῦτο συμβαίνειν περὶ τὴν ἄλλην γῆν, διὰ τὸ μήτε κοίλην εἶναι, μήτ' ἐπίκτητον ὥςπερ τὴν Αἴγυπτον, ἀλλ' ἀρχαίαν τε καὶ ὡς ἐκεῖνος κέκληκεν αὐτοπαγῆ (Aristid. pag. 590.). Ἀραιὰ γὰρ ἡ Αἴγυπτος καὶ ῥαδία λιβάδας διαδοῦναι (id. p. 593.). Ἔφορος — — εἰπὼν μὴ δεῖν ἄλλοθι ζητεῖν, οὐ γὰρ εἶναι ταυτόν (id. p. 295.). Πῶς οὖν αἱ πόῤῥω τοῦ Νείλου φησὶ λίμναι πληροῦνται, εἴπερ ἐξ ὄμβρων ἢ χιόνος λυθείσης αἴρεται; (idem p. 589. Verba quae proxime sequuntur p. 590. A. παρέχουσαν τοὺς ἀδήλους ὀχετοὺς, *Canterus* Nov. Lectt. II. 29. p. 150. mutat in βρέχουσαν τ. α. ο.) His tandem finit: Τοσαῦτα δὴ ἡμῖν καὶ πρὸς τὴν Ἐφόρου σοφίαν καὶ γνώμην καινὴν εἰρήσθω, ὅτι καὶ μόνος ἧφθαι φησὶ τῆς ἀληθείας.

Difficile est, absumtis fortunae ludibrio Ephori libris, aut de ejus opinionis veritate, aut de adversariorum argumentis certi quidquam pronunciare. Equidem licet multum absim ut Ephori sententiam accedere existimem ad rerum fidem, illis tamen posterioribus Graeculis, ejus levitatem et ignorantiam incusantibus, minime adhibeam animum. Quid? quod antiquam eum et obsoletam famam, sive in peregrinatione sive alio quocunque modo acceptam, exornasse et rationibus, quantum rerum memoriam componenti licuit, firmasse potius crediderim. Ad hanc sententiam, sacerdotum Aegyptiorum verba, apud Platonem in Timaeo p. 22. E. me potissimum

adducunt: Κατὰ δὲ τήνδε τὴν χώραν οὔτε τότε οὔτε ἄλλοτε ἄνωθεν ἐπὶ τὰς ἀρούρας ὕδωρ ἐπιῤῥεῖ, τὸ δ' ἐναντίον, κάτωθεν ἐπανιέναι πέφυκε. Ibique Proclus p. 37. praeter alia, lectu dignissima, haec apposuit: Πορφύριος μὲν δή φησιν, ὅτι δόξα ἦν παλαιὰ Αἰγυπτίων τὸ ὕδωρ κάτωθεν ἀναβλυστάνειν τῇ ἀναβάσει τοῦ Νείλου· διὸ καὶ ὑδρῶτα (leg. ἱδρῶτα) τῆς γῆς ἐκάλουν τὸν Νεῖλον, καὶ τὸ ἐπανιέναι κάτωθεν. Quo pertinere et altera Ephori asseveratio videtur, omnem Aegyptum esse a Nilo aggestam, cum reliqui scriptores Thebaida exciperent, eamque, ut Ephori verbo utar, non ἐπίκτητον sed ἀρχαίαν et αὐτοπαγῆ perhiberent. (Vid. Herodot. II. 4. 10. 13. *Creuzeri* not. 23. ad Hecat. Fragmm. pag. 29.) Verum etiam Theophrastus apud Porphyrium (de Abstin. II. 5. ibiq. Rhoer. p. 107.) Aegyptum τὴν ἱεροτάτην χώραν ὑπὸ τοῦ Νείλου κτισθεῖσαν, ex priscis puta commentariis memoriae tradiderat. Huc quoque facit Lex. Seguier. in Bekkeri Anecd. Gr. p. 361: Αἴγυπτος ὁ Νεῖλος ποταμὸς ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα ὑπὸ τῶν νεωτέρων Αἴγυπτος ἐκλήθη. Cf. Etymol. M. v. Ἐλεφαντίνη p. 33 Sylb. *Jablonsk.* Panth. Aegypt. IV. 1. Neque enim Ephorus res antiquas, sicuti reliqua solita fuerit Graecia mendax, ad ingenii lusum excogitasse, sed monumentorum sincera pervestigatione litteris consignasse putari debet. Opportune occurrit Stephani Byz. locus, quem emendatiorem hic posuisse juvat. Δέλτα, — νῆσος Αἰγύπτου· ὡς Ἔφορος, κατ' Αἰγυπτίους καλουμένη Πτίμυρις, ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος. Sed scrib. mu-

tato verborum ordine, νῆσος Α. ἀπὸ τῆς τ. σ. ὁ., ὡς Ε. κ. Α. κ. Π. Nam Deltam nomen a similitudine literae cepisse, ut ait A. Hirtius de B. Alex. cap. 27., omnibus est notum, non item Aegyptiae vocis significatio. Ejus vim optime reclusit *Hugius* (Ueber den Mythus cett. p. 306.): Der Ausdruck ist rein Aegyptisch, er heisst Geschenk des Möris, Π-ΤΗΙ-ΜΟȢ-ΡΗС.

109.

Neque vero Ephorum suam duntaxat de incremento Nili explicationem protulisse in medium, sed judicium de aliorum quoque sententiis fecisse, cum Aristides significat T. III. p. 593. (T. II. p. 352. Jebb.) ubi Ephoro objicit, καίτοι πρός γε οὓς αὐτὸς ἀντιλέγει, καὶ ἓν ποιησάμενος παράδειγμα ἀπαλλάττεται, tum magis etiam Theo Progymn. Cap. II. p. 12. Basil. Καὶ δεῖ ἁρμόττειν ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος (scil. χρειῶν καὶ γνωμῶν καὶ ἀποφάσεων) ὅσα λέγεται ὑπὸ τοῦ Ἐφόρου ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν πρὸς τὰς ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων περὶ τοῦ Νείλου καταβεβλημένας ἀποφάσεις. „Cujusmodi dissertationis, (verba sunt *Wesselingii* ad Diod. I. pag. 48.) cum sine dubio pars sit illud de Nilo fragmentum, quod ex Anonymo scriptore excerptum primus *H. Stephanus* vulgavit, et *Herodoto*, post praebitum a Jungermanno exemplum, jungi solet: haud injusta fortasse suspicio erit, *Ephoro* deberi, et a Grammaticis propter ejus elegantiam descriptum servatumque esse: quae tamen conjectura tum demum jure facta videbitur, si quod

aliunde illi robur et pondus accesserit." Quam viri doctissimi κρίσιν tantum abest ut auctoritate aliqua aliunde petita firmatam repererim, ut potius ipse procul abesse a vero existimem. Ex Theone et Aristide nonnisi illud colligi potest, Ephorum disseruisse contra veterum placita, neque vero ea nuda commemoratione mandasse litteris, sicuti in Anonymi loco factum videmus, in quo Philosophorum et Historicorum opiniones de augmento Nili sine ulla reprehensionis nota enarrantur. Quod argumentum si cui parum faciat satis, (potuit enim Ephorus prius enarrare dein examinare,) eum magis, opinor, movebit alterum illud, quod Theo Ephorum τῶν παλαιοτέρων ἀποφάσεις dicit confutasse, in his autem ab Anonymo et Καλλισθένης ὁ ἱστοριογράφος numeratur; qui cum Ephoro nisi junior certe suppar fuerit (Strabo Lib. XVII. pag. 1139: Ποσειδώνιος — φησὶ Καλλισθένη λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν, παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα.), quo tandem modo ab eo potuit inter sapientes prioris aevi referri? Nec *Valckenario*, cum scriptorem illum incertum adhuc vocaret, Diatrib. in Euripid. p. 30. B. placuisse videtur *Wesselingii* conjectura. Caeterum ab Alexandrinis inde Grammaticis plura confecta esse puto excerpta placitorum διαφόρων ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν περὶ τῆς τοῦ Νείλου αὐξήσεως (uti excerpta Diodori cod. Monac. inscripta sunt). Unde fortasse fluxit quidquid de priorum sententiis retulerunt Diodorus, Plutarchus, Aristides, Scholiastes Apollonii, IV. 269. (ubi quam exponit Ari-

stonis Chii sententia, plane eadem est quae Ephori. Cf. Geogr. Min. T. II. pag. 469. Vienn.), J. Lydus, Anonymus ille, Seneca (N. Q. III. 26. IV. 1.), alii.

LIBER XII. (XIII.)

110.

Stephanus Τύχη, πόλις Σικελίας πλησίον Συρακουσῶν. Ἔφορος ἐν δυοκαιδεκάτῳ νῆσον Τυχίαν φησίν. Suspicor legendum: Νῆσον καὶ Τυχίαν φησίν. Sic enim alteram Syracusarum partem fuisse adpellatam, satis constat. Vid. *Cluver.* Sicil. A. I. p. 154. In Diodori L. IX. 68. legitur Ἰτύκην, quam vocem VV. DD. in Τύκην s. Τύχην mutari volunt, (cf. *Wessel.* adnotatt. p. 455.) fortasse ex Ephoro Τυχίαν s. Τυκίαν legi potest. Namque hoc in universum monitum velim, Diodorum sua de Persico et Peloponnesiaco bello narrata fere integra ex Ephori libris esse mutuatum, inverso paulisper rerum ordine vel orationis forma immutata. Sed ne plurima pars Diodori exscribenda esset, hanc mihi sequendam esse rationem existimavi, eos tantummodo ut tractarem locos, qui aut expressam continerent Ephori mentionem, aut comparati cum aliis, ab eo fluxisse manifesta exhiberent indicia. Nam a Diodoro hinc inde etiam esse adhibitos Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Philistum,

Theopompum, Timaeum, alios, negari vix potest. Similia vice versa in plures Plutarchi Vitas dici queant.

111. (Olymp. LXXV. 1.)

Schol. Pindari Pyth. I. 146. (T. II. pag. 499. Heyn.) ad illud celeberrimum Gelonis encomium: *ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεϑ' ἁλικίαν, Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας δουλείας.*] *Εἰκὸς δὲ ταῖς Ἐφόρου ἱστορίαις ἐντυχόντα* (?) *τὸν Πίνδαρον ἐξηκολουϑηκέναι αὐτὸν αὐτῷ* [11]), *ἱστορεῖ γὰρ Ἔφορος τοιοῦτον, ὅτι παρασκευαζομένου Ξέρξου τὸν ἐπὶ τῇ Ἑλλάδι στόλον, πρέσβεις παραγενέσϑαι πρὸς Γέλωνα τὸν τύραννον, ἱκετεύοντας, εἰς τὸν τῶν Ἑλλήνων σύλλογον ἐλϑεῖν· ἐκ δὲ Περσῶν καὶ Φοινίκων πρέσβεις πρὸς Καρχηδονίους, προςτάσσοντας ὡς πλεῖστον δέοι στόλον· εἰς Σικελίαν τε βαδίζειν, καταστρεψαμένους τοὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονοῦντας, πλεῖν ἐπὶ Πελοπόννησον· ἀμφοτέρων δὲ τὸν λόγον ὑποδεξαμένων, καὶ τοῦ μὲν Ἱέρωνος* (leg. *Γέλωνος*, et in alterum Schol. hoc vitium irrepsit,) *συμμαχῆσαι τοῖς Ἕλλησι προϑυμουμένου, τῶν δὲ Καρχηδονίων ἑτοίμων ὄντων συμπρᾶξαι τῷ Ξέρξῃ, Γέλωνα δια-*

11) Inepta observatio, Pindarum, qui ipsius Gelonis tempore vixit, (Diodor. XI. 19. Olymp. LXXV. 1.) in Ephori, qui Philippi Macedonici fere fuerat aequalis, incidisse narrationem. (Hoc enim significat vox *ἐντυγχάνειν*. Vid. *Heindorf.* ad Plat. Lysid. pag. 29. coll. *Reiff.* ad Artemidori Oneirocr. V. 16. T. II. p. 494.)

κοσίας ναῦς εὐτρεπίσαντα καὶ δισχιλίους ἱππεῖς καὶ πεζοὺς μυρίους κατακοῦσαι στόλον Καρχηδονίων πλέοντα ἐπὶ Σικελίαν καὶ διαμαχησάμενον οὐ μόνον τοὺς Σικελιώτας ἐλευθερῶσαι, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν. Εἰκὸς οὖν ταύτῃ τῇ ἱστορίᾳ ἐντετυχηκέναι τὸν Πίνδαρον.

Similia narrat Diodorus XI. 20 seq. ubi *Wesselingius* p. 419: „Sitne Diodorus in his explicandis *Ephorum*, quem novimus ex Schol. Pindari hoc bellum diligenter pertractasse, secutus, an *Timaeum*, an alium, adfirmare non ausim.“ Cf. ejusdem animadversio ad Herodoti VII. 157. pag. 581. qui rem paullulum aliter exponit [12]). *Simson.* Chron. P. IV. p. 29. ad a. M. 3525.

112. (Olymp. LXXV. 1.)

Schol. Pind. Isthm. V. 63. (p. 836. H.) Ἐν πολυφθόρῳ, Σαλαμὶς, Διὸς ὄμβρῳ] — — — ὑπαινίττεται τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν τῶν Ἑλλήνων, ἧς ἔλαβον τὰ ἀριστεῖα οἱ Αἰγινῆται· καθά

12) Ait enim, Gelonem primum a Graecis, negato imperio, abalienatum, nihilominus vero postea laturum fuisse auxilium, nisi Therillus, ex Himera a Therone pulsus, Amilcarem cum multitudine militum mercenariorum accivisset; in his etiam Ἐλισύκων meminit, quos *Helvetios* fuisse, egregie mihi *Wesseling.* (ad Her. VII. 165.) videtur esse suspicatus, quamvis nec *J. Müllerus* T. I. Histor. Helvet., nec *Heerenius*, Ideen T. II. p. 288. ubi Carthaginiensium auxilia enumerat, ejus rationem habuerunt conjecturae.

φησιν Ἡρόδοτός τε καὶ Ἔφορος. — Herod. VIII. 93. Ἐν δὲ τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται. Ephorea dabit Diod. XI. 80. p. 417. Cf. Strabo VIII. p. 603. B. Plutarch. Themist. cap. XVII.

113. (Olymp. LXXV. 1.)

Plutarch. de Herod. Malign. cap. 36. (T. IV. P. II. p. 490. Wytt.) Malitiose agere Herodotum, cum Naxios primum a Barbarorum parte stetisse dicat — Ἀντιμαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ τῶν μὲν πρεσβυτέρων Ἑλλάνικος, τῶν δὲ νεωτέρων Ἔφορος, ὁ μὲν ἕξ, ὁ δὲ πέντε ναυσὶν αὐτοὺς Ναξίους ἐλθεῖν τοῖς Ἕλλησι βοηθοῦντας, ἱστορήσας. Cf. Herod. VIII. 46. ibiq. interprr. *Sturz.* ad Hellanici Fragmm. pag. 120.

114. (Olymp. LXXVII. 2.)

Plutarch. de Mal. Her. cap. 5. (p. 436. Wytt.) — — Quosdam historicos deteriora potissimum memoriae tradere, — πολλοὶ δὲ ὅλως παραλείπουσιν· ὥςπερ ἀμέλει περὶ Θεμιστοκλέους Ἔφορος μὲν εἰπὼν ὅτι τὴν Παυσανίου προδοσίαν ἀνέγνω, καὶ τὰ πρασσομένα πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγούς· ἀλλ' οὐκ ἐπείσθη, φησίν, οὐδὲ προςεδέξατο κοινουμένου καὶ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἐλπίδας· Θουκυδίδης δὲ καὶ τὸ παράπαν τὸν λόγον τοῦτον ὡς κατεγνωκὼς παρῆκεν (h. e. ut plane damnatum falsi omisit; aut sicuti *Wyttenb.* in Bibl. Crit. III. xi. p. 84. vertit: ut prorsus falsum repudians.). Haec tantum non ip-

sis Ephori verbis leguntur in Diodori Lib. XI. 54. ubi vid. Wessel. pag. 444 seq. et quae fuse de hac re disseruit *Dodwellus*, Chronol. Thucyd. p. 624 seq. Lips. Neque enim verum est quod Thucydidem ait ejus criminationis nullibi meminisse Plutarchus; nam ille Lacedaemonios refert Themistoclem proditionis accusasse apud Athenienses — ὡς εὕρισκον ἐκ τῶν περὶ Παυσανίαν ἐλέγχων. I. 135. coll. Aristid. Defens. IV. virorum. T. II. p. 243. Jebb. Plut. Vit. Them. cap. XXIII. p. 123. Franc.

115. (Olymp. LXXVII. 2.)

Plutarch. Vit. Themistoclis cap. 27. p. 125. — Θουκυδίδης μὲν καὶ Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστοροῦσι τεθνηκότος Ξέρξου πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ Θημιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν. Ἔφορος δὲ καὶ Δείνων καὶ Κλείταρχος καὶ Ἡρακλείδης, ἔτι δ' ἄλλοι πλείονες πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὸν Ξέρξην.

Ephori rationem expressit Diodorus IX. 56. Alteram magis congruere temporibus VV. DD. est visum. Cf. *Wessel.* ad Diod. p. 447. *Ducker.* ad Thucyd. I. 137. *Dodwell.* Chronol. Thuc. p. 632. *Creuzer.* ad Charon. p. 93.

116. (Olymp. LXXVII. 3.)

Plutarch. Vit. Cimon. cap. XII. p. 486. B. sq. — De pugna ad Eurymedontem: Ἔφορος μὲν οὖν Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην· Καλλισθένης δὲ Ἀριστομάνδην τὸν Γοβρύου, κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως, παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα ταῖς ναυσὶ παρορμεῖν· — — —

προςφερομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἀντεξέπλευσαν, ὡς ἱστορεῖ Φανόδημος ἑξακοσίαις ναυσίν· ὡς δ' Ἔφορος πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις.

Ephorum Diodorus ducem habet, L. XI. 60. p. 450 Wess. Cf. Phanodemi et reliqq. Fragmm. p. 12 ed. Siebelis. De Tithrauste, regis Εἰσαγγελεὺς s. Ἀζαραπάτης, vid. *Larcher.* ad Ctesiae Persica, T. VI. pag. 239. Quoniam vero in Cimonis nunc cummaxime rebus versamur, insigne idque ineditum Theopompi fragmentum de Cimonis exilio hic legisse, neminem pigebit. Acceptum hoc refero *Creuzeri* liberalitati, qui e Schol. Mscr. Aristidis id sibi exscripsit. Dixerat Aristides (Orat. in Cimonem T. II. p. 284.): Ὁ Κίμων ἐξωστρακίσθη μὲν, φυγῇ δὲ οὐ προςεζημιώθη, ἀλλὰ καὶ κατῆλθε πρὸ τοῦ χρόνου. Ad haec verba sic eruditissimus Scholiasta: Θεόπομπος ἐν τῇ ι τῶν Φιλιππικῶν περὶ Κίμωνος· „οὐδέπω δὲ πέντε ἐτῶν παρεληλυθότων, πολέμου συμβάντος πρὸς Λακεδαιμονίους, ὁ δῆμος μετεπέμψατο τὸν Κίμωνα, νομίζων διὰ τὴν προξενίαν ταχίστην ἂν αὐτὸν εἰρήνην ποιήσασθαι. Ὁ δὲ παραγενόμενος τῇ πόλει τὸν πόλεμον κατέλυσε.“ Factum hoc est Olymp. LXXX. 4. (cf. *Dodwell.* Annal. Thuc. p. 638.) cum Athenienses essent νενικημένοι ἐν Τανάγρᾳ μάχῃ μεγάλῃ καὶ προςδοκῶντες εἰς ὥραν ἔτους στρατιὰν Πελοποννησίων ἐπ' αὐτοὺς, — — τὸ ψήφισμα γράψαντος Περικλέους, sicuti Plutarchus narrat, Vit. Cim. cap. XVII. Theopompum, ut videtur, secutus. Cujus vestigiis et Nepos insistit, Cim. Vit. cap. III.

117. (Olymp. LXXXIV. 4.)

Plutarch. Pericl. cap. 27. p. 167 Francof. — Postquam Samii Athenienses, repentina eruptione facta, proelio navali fuderant, *Pericles* collectis viribus eos in urbem compulit, valloque et obsidione clausit. — Ἔφορος δὲ καὶ μηχαναῖς χρήσασθαι τὸν Περικλέα (φησὶ), τὴν καινότητα θαυμάσαντα, Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ παρόντος, ὃν χωλὸν ὄντα καὶ φορείῳ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν ἔργων προςκομιζόμενον, ὀνομασθῆναι Περιφόρητον· τοῦτο μὲν οὖν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐλέγχει τοῖς Ἀνακρέοντος ποιήμασιν, ἐν οἷς ὁ Περιφόρητος Ἀρτέμων ὀνομάζεται, πολλαῖς ἔμπροσθεν ἡλικίαις τοῦ περὶ Σάμον πολέμου, καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων κ. τ. λ. — Ἐννάτῳ δὲ μηνὶ τῶν Σαμίων παραστάντων ὁ Περικλῆς τὰ τείχη καθεῖλε. — — Δοῦρις δὲ ὁ Σάμιος — Atheniensium et Periclis in Samios crudelitatem ἐπιτραγῳδεῖ, ἣν οὔτε Θουκυδίδης ἱστόρηκεν οὔτ' Ἔφορος οὔτ' Ἀριστοτέλης.

Ephori narrationem reddidit Diodor. XII. 28. ubi Periclem, Samum oppugnantem, primum omnium adhibuisse dicit τούς τε ὀνομαζομένους κρίους καὶ χελώνας, Ἀρτέμωνος τοῦ Κλαζομενίου κατασκευάσαντες. Ibique *Wesseling*. p. 496. e Plinii L. VII. 56. et Servio ad Aen. IX. 505. plura de Artemone profert. Num vero Heraclides Anacreontis carmine recte uti potuerit adversus Ephori auctoritatem, ii viderint qui, quando alieni foetus Teïo vati subdi coeperint, sciant judicare. Caeterum, bellum Samium Aspasiae precibus, quae Milesiis faveret, excitasse Periclem, quidam apud

Plut. Pericl. cap. XXV. tradunt, quam belli causam relatu indignam duxit Thucydides I. 115.

118.

Schol. Aristophanis Nub. v. 855.

Φειδ. Τὰς δ' ἐμβάδας ποῖ τέτροφας, ὦ 'νόητε σύ;

Στρεψ. Ὥςπερ Περικλέης εἰς τὸ δέον — ἀπώλεσα.

(Die hab' ich wie Pericles zu nöthigem Zweck — verthan. *Wolf.*)

Περικλῆς πολλῶν ὄντων χρημάτων ἐν τῇ ἀκροπόλει εἰς τὸν πόλεμον τὰ πλεῖστα ἀνήλωσε· φασὶ δὲ ὅτι καὶ λογισμοὺς διδοὺς τάλαντα εἴκοσιν ἁπλῶς εἰπεῖν εἰς τὸ δέον ἀνηλωκέναι. — Φησὶ δ' Ἔφορος· ὅτι μὲν ταῦτα μαθόντες οἱ Λακεδαιμόνιοι Κλεανδρίδην (Κλεάνδρον alter Schol. et Suidas. Quod rejicit *Duckerus* ad Thucydid. VI. 93. ubi *Cleandrides* pater Gylippi perhibetur. Sed utramque forma aliquando inter se converti docuit *T. Hemsterhusius* ad Lucian. Tim. cap. 44. T. I. pag. 414 Bip.) μὲν ἐδήμευσαν, Πλειστιάνακτα δὲ ιέ ταλάντοις ἐζημίωσαν ὑπολαβόντες δωροδοκήσαντας αὐτοὺς διὰ τὸ φείσασθαι τῆς λοιπῆς Ἀθηναίων γῆς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Περικλέα, μὴ θελήσαντα γυμνῶς εἰπεῖν ὅτι δέδωκα τοῖς Λακεδαιμονίων βασιλεῦσι τὸ ἐνδεές.

Haec copiosius persequitur Plutarchus Vit. Pericl. cap. 23. p. 362 seq. τοῦ δὲ Περικλέους ἐν τῷ τῆς στρατηγίας ἀπολογισμῷ, δέκα (? Haeret etiam *F. A. Wolfius* ad Aristoph. Nubes vernacule loquentes pag. 142.) ταλάντων ἀνάλωμα γράψαντος,

ἀνηλωμένων εἰς τὸ Δέον, ὁ δῆμος ἀπεδέξατο, μὴ (δε) πολυπραγμονήσας μήδε ἐλέγξας τὸ ἀπόῤῥητον. λ. Cf. Hpp. Aristophanis in editione *Beckii* T. IV. p. 297. *J. Müllerus* Allgem. Gesch. T. I. p. 142; „Man wirft dem Pericles vor, dafs er sich auch der Bestechung bediente; traurig, dafs er mit Leuten und einer Verfassung zu thun hatte, wo gemeines Beste solche Mittel erfordern mochte!“

LIBER XIV.

---

119. (Olymp. LXXXVII. 2.)

Diodorus L. XII. 38 — 41. Αἰτίαι μὲν οὖν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τοιαῦταί τινες ὑπῆρξαν, ὡς Ἔφορος ἀνέγραψε. Ἀθηναῖοι τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας ἀντεχόμενοι, τὰ ἐν Δήλῳ κοινῇ συνηγμένα χρήματα, τάλαντα σχεδὸν ὀκτακισχίλια, μετήνεγκαν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ παρέδωκαν φυλάττειν Περικλεῖ. οὗτος δ' ἦν εὐγενείᾳ καὶ δόξῃ καὶ λόγου δεινότητι πολὺ προέχων τῶν πολιτῶν. μετὰ δέ τινα χρόνον ἀνηλωκὼς ἀπ' αὐτῶν ἰδίᾳ πλῆθος ἱκανὸν χρημάτων, καὶ λόγον ἀπαιτούμενος, εἰς ἀῤῥωστίαν ἐνέπεσεν, οὐ δυνάμενος τῶν πεπιστευμένων ἀποδοῦναι τὸν ἀπολογισμόν. ἀδημονοῦντος δ' αὐτοῦ περὶ τούτων, Ἀλκιβιάδης ὁ ἀδελφιδοῦς ὀρφανὸς ὤν, τρεφόμενος παρ' αὐτῷ, παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν, ἀφορμὴν αὐτῷ παρέσχετο τῆς περὶ τῶν χρη-

μάτων ἀπολογίας. θεωρῶν γὰρ τὸν θεῖον λυπούμενον, ἐπηρώτησε τὴν αἰτίαν τῆς λύπης. τοῦ δὲ Περικλέους εἰπόντος, ὅτι τὴν περὶ τῶν χρημάτων ἀπολογίαν αἰτούμενος, ζητῶ πῶς ἂν δυναίμην ἀποδοῦναι τὸν περὶ τούτων λόγον τοῖς πολίταις· ὁ Ἀλκιβιάδης ἔφησε, δεῖν αὐτὸν μὴ πῶς ἀποδῷ τὸν λόγον, ἀλλὰ πῶς σκοπεῖν μὴ ἀποδῷ. διόπερ Περικλῆς ἀποδεξάμενος τὴν τοῦ παιδὸς ἀπόφασιν, ἐζήτει δι' οὗ τρόπου τοὺς Ἀθηναίους δύναιτ' ἂν ἐμβαλεῖν εἰς μέγαν πόλεμον. οὕτω γὰρ μάλιστα ὑπελάμβανε, διὰ τὴν ταραχὴν καὶ τοὺς τῆς πόλεως περισπασμοὺς καὶ φόβους, ἐκφεύξεσθαι τὸν ἀκριβῆ λόγον τῶν χρημάτων. πρὸς δὲ ταύτην τὴν ἀφορμὸν συνέβαινεν αὐτῷ καὶ ταὐτόματον, διὰ τοιαύτας αἰτίας. Τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Φειδίας μὲν κατεσκεύαζε, Περικλῆς δὲ ὁ Ξανθίππου καθεσταμένος ἦν ἐπιμελητής. τῶν δὲ συνεργασαμένων τῷ Φειδίᾳ τινὲς διενεχθέντες ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Περικλέους, ἐκάθισαν ἐπὶ τὸν τῶν θεῶν βωμόν. διὰ τὸ παράδοξον δὲ προςκαλούμενοι, ἔφασαν ὅτι πολλὰ τῶν ἱερῶν χρημάτων ἔχοντα Φειδίαν δείξειν, ἐπισταμένου καὶ συνεργοῦντος τοῦ ἐπιμελητοῦ Περικλέους. διόπερ ἐκκλησίας συνελθούσης περὶ τούτων, οἱ μὲν ἐχθροὶ τοῦ Περικλέους ἔπεισαν τὸν δῆμον συλλαβεῖν τὸν Φειδίαν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Περικλέους κατηγόρουν ἱεροσυλίαν. πρὸς δὲ τούτοις Ἀναξαγόραν τὸν σοφιστὴν, διδάσκαλον ὄντα Περικλέους, ὡς ἀσεβοῦντα εἰς τοὺς θεοὺς ἐσυκοφάντουν. συνέπλεκον δ' ἐν ταῖς κατηγορίαις καὶ διαβολαῖς τὸν Περικλέα, διὰ τὸν φθόνον, σπεύδοντες διαβαλεῖν τὴν τἀνδρὸς ὑπεροχήν τε καὶ δόξαν. ὁ δὲ Περικλῆς, εἰδὼς τὸν δῆμον ἐν μὲν τοῖς

πολεμικοῖς ἔργοις θαυμάζοντα τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας διὰ τὰς κατεπειγούσας χρείας, κατὰ δὲ τὴν εἰρήνην τοὺς αὐτοὺς συκοφαντοῦντα διὰ τὴν σχολὴν καὶ φθόνον, ἔκρινε συμφέρειν αὐτῷ τὴν πόλιν ἐμβαλεῖν εἰς μέγαν πόλεμον, ὅπως χρείαν ἔχουσα τῆς Περικλέους ἀρετῆς καὶ στρατηγίας, μὴ προσδέχηται τὰς κατ' αὐτοῦ διαβολὰς, μηδὲ ἔχῃ σχολὴν καὶ χρόνον ἐξετάζειν ἀκριβῶς τὸν περὶ τῶν χρημάτων λόγον. ὄντος δὲ ψηφίσματος παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις Μεγαρέας εἴργεσθαι τῆς τε ἀγορᾶς καὶ τῶν λιμένων, οἱ Μεγαρεῖς κατέφυγον ἐπὶ τοὺς Σπαρτιάτας. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πεισθέντες τοῖς Μεγαρεῦσιν, ἀπέστειλαν πρέσβεις ἐκ τοῦ προφανεστάτου ἀπὸ τῆς τοῦ κοινοῦ συνεδρίου γνώμης, προστάττοντες τοῖς Ἀθηναίοις ἀνελεῖν τὸ κατὰ τῶν Μεγαρέων ψήφισμα· μὴ πειθομένων δὲ αὐτῶν, ἀπειλοῦντες πολεμήσειν αὐτοῖς μετὰ τῶν συμμάχων. συναχθείσης οὖν περὶ τούτων ἐκκλησίας, ὁ Περικλῆς, δεινότητι λόγου πολὺ διαφέρων ἁπάντων τῶν πολιτῶν, ἔπεισε τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἀναιρεῖν τὸ ψήφισμα, λέγων ἀρχὴν δουλείας εἶναι τὸ πείθεσθαι παρὰ τὸ συμφέρον τοῖς Λακεδαιμονίων προστάγμασι. συνεβούλευεν οὖν τὰ ἀπὸ τῆς χώρας κατακομίζειν εἰς τὴν πόλιν, καὶ θαλαττοκρατοῦντας διαπολεμεῖν τοῖς Σπαρτιάταις. Περὶ δὲ τοῦ πολέμου πεφροντισμένως ἀπολογησάμενος, ἐξηριθμήσατο μὲν τὸ πλῆθος τῶν συμμάχων τῇ πόλει, καὶ τὴν ὑπεροχὴν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, πρὸς δὲ τούτοις τὸ πλῆθος τῶν μετακεκομισμένων ἐκ Δήλου χρημάτων εἰς τὰς Ἀθήνας, ἃ συνέβαινεν ἐκ τῶν φόρων ταῖς πόλεσι κοινῇ συνηθροῖσθαι. κοινῶν δ' ὄντων τῶν μυρίων ταλάντων, ἀπανήλωτο

πρὸς τὴν κατασκευὴν τῶν Προπυλαίων καὶ τὴν Ποτιδαίας πολιορκίαν τετρακισχίλια τάλαντα· καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐκ τοῦ φόρου τῶν συμμάχων ἀνεφέρετο τάλαντα τετρακόσια ἑξήκοντα. χωρὶς δὲ τούτων ἥ τε πομπία σκευὴ, καὶ τὰ Μηδικὰ σκῦλα πεντακοσίων ἄξια ταλάντων ἀπεφήνατο· ἔν τε τοῖς ἔργοις ἀπεδείκνυεν, ἀναθημάτων τε πλῆθος, καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἔχειν χρυσίου πεντήκοντα τάλαντα, ὡς περιαιρετῆς οὔσης τῆς περὶ τὸν κόσμον κατασκευῆς· καὶ ταῦτα ἀναγκαία εἰ καταλάβοι χρεία, χρησαμένους παρὰ τὴν θεὸν πάλιν ἀποκαταστήσειν ἐν εἰρήνῃ. τούς τε τῶν πολιτῶν βίους, διὰ τὴν πολυχρόνιον εἰρήνην, πολλὴν ἐπίδοσιν εἰληφέναι πρὸς εὐδαιμονίαν. χωρὶς δὲ τῶν χρημάτων τούτων στρατιώτας ὑπεδείκνυεν ὑπάρχειν τῇ πόλει, χωρὶς συμμάχων, καὶ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις ὄντας καὶ τοὺς μετοίκους ὑπάρχειν πλείους τῶν μυρίων ἑπτακισχιλίων· τριήρεις τε τὰς παρούσας τριακοσίας. τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους χρημάτων τε σπανίζειν ἀπεδείκνυε, καὶ ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσι πολὺ λείπεσθαι τῶν Ἀθηναίων. ταῦτα διελθὼν, καὶ παρορμήσας τοὺς πολίτας εἰς τὸν πόλεμον, ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσέχειν τοῖς Λακεδαιμονίοις. ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε διὰ τὴν δεινότητα τοῦ λόγου, δι' ἣν αἰτίαν ὠνομάσθη Ὀλύμπιος.

Sequuntur dein in Diodoro versus Aristophanis (Pac. 606 seq.), quibus eadem belli caussa Pericli subjicitur. Sed quoniam meum de hac re animi sensum praeclare jam exposuit *D. Wyttenbachius* in Bibl. Crit. Vol. III. P. XI. pag. 80 seq. ejus ipsius verba huc transferre constitui. „Hanc caus-

sam Pericli hujus belli suscipiendi fuisse, jactarunt ejus inimici et Comici: plane abhorrentem ab animo tanti viri. Vera fuit caussa, cupiditas patriae augendae, Spartanorum invidia, ut ex Historicis constat gravissimis: Thucydide I, 23, 24, 56, 88. II, 1, viri incorruptum animum et egregias virtutes laudante, II, 65: Plutarcho in Pericle p. 162, D, et 168, 169, ista malevolorum crimina diluente. Accedit testimonium Aristidis in Orat. Platon. II. p. 137 et 149: tum vero silentium Platonis in Gorgia, reprehendentis Periclem, nec istiusmodi criminum suspicionem moventis. Quorum si qua fuit species veri, pertinebat ad occasionem et initium belli, non ad caussam, quippe diu antea utrimque agitati et destinati. Postea demum Historici haec e Comicis susceperunt, quum historia rhetorice ad delectationem converti coepisset. Ex his fontibus fluxit illa de Alcibiade narratiuncula, relata a Diodoro Sic. XII, 38, cujus monito Periclem belli initium fecisse. Quod simpliciter refert Plutarchus in Alcibiade p. 194, E: Apophthegm. pag. 186. E. nulla belli per hanc caussam suscepti mentione. Reposuit fabulam quoque Valerius Maximus III. 1. cet." Sed Ephori nostri ut vindicemus integritatem et probitatem, nihil fere restat, nisi ut plures, quarum notitiam acceperit, belli caussas ab eo, ut historico, proditas fuisse statuamus, deteriorem vero a Diodoro, non acerrimi judicii homine, electam. De Phidiae crimine cf. *Philochorus* ap. Schol. Arist. Pac. vs. 604. et de omni reliquo loco Thucyd. II. 13 sq. ibiq. itpp. p. 271. Lips.

Wesseling. Adnotatt. ad Diod. p. 502 seq. Quod impietatis accusatus Anaxagoras ejusque discipulus Pericles est, in vulgus est notum (cf. *Tennemann*. Hist. Phil. T. I. p. 302.), non item de ejus altero discipulo Thucydide, (vid. Marcellin. vit. Thucyd. p. 724 ed. Lips. T. II.) quem συμφοιτήτην Periclis fuisse tradit Schol. Aristidis in Orat. pro IV viris.

120.

Harpocrat. Ἀρχιδάμιος πόλεμος. — Τὰ πρῶτα δέκα ἔτη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου Ἀρχιδάμιος ἐκλήθη πόλεμος, ὡς ἔοικεν ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀρχίδαμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλεῖν, καθὰ Θουκυδίδης καὶ Ἔφορος καὶ Ἀναξιμένης φασίν.

Eadem leguntur in Apostolio, Cent. IV. 30. solum additis: ἐπὶ τῶν λίαν πικρῶν πολέμων. Posterior belli pars a Deceliae munitione Δεκελεικός vocitabatur. Vid. Harpocr. s. v. Lexic. Seguier. in Bekkeri Anecd. Gr. I. pag. 234. *Scaliger*. De Em. Temp. L. V. p. 411. *Wass*. et *Gottl*. ad Thuc. II. 10. et VIII. 69. Fortasse Ephori sunt, quae Suidas v. ἰδιοξενία de Archidamo narrat, illustrata a *Toupio*, Emendatt. in S. P. II. p. 171. Lips.

121. (Olymp. XCII. 2.)

Diodor. XIII. 41. Mindarus, Lacedaemoniorum classi praefectus, a clade navali ad Abydum accepta (cf. Thucyd. VIII. 104 seq.) fuga elapsus, Epiclem Spartanum ad triremes ex Euboea adducendas properare jubet; qui montem Atho praeterlegens, tempestate obruitur tanta — ὥστε τὰς μὲν

ναῦς ἁπάσας ἀπολέσθαι, τῶν δὲ ἀνδρῶν δώδεκα μόνους διασωθῆναι· δηλοῖ δὲ τὸ περὶ τούτων (f. πάθος) ἀνάθημα κείμενον ἐν τῷ περὶ Κορωνείαν νέῳ, καθάπερ φησὶν Ἔφορος, τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον ταύτην·

Οἱ δ' ἀπὸ πεντήκοντα νεῶν θάνατον προφυγόντες,
Πρὸς σκοπέλοισιν Ἄθω σώματα γῇ πέλασαν,
Δώδεκα, τοὺς δ' ἄλλους ὤλεσεν μέγα λαῖτμα θαλάσσης,
Νῆάς τε στυγεροῖς πνεύμασι χρησαμένας.

Cf. de h. l. *Wessel.* ad L. XIII. p. 582. De mari circa Atho, praeternavigantibus importunissimo, testatur etiam Herodotus, VI. 44: θηριωδεστάτης οὔσης τῆς θαλάσσης ταύτης τῆς περὶ τὸν Ἄθων sq.

LIBER XV ET XVI.

122.

Harpocration Σκῆψις, πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Τροίᾳ, ἧς μνημονεύουσιν ἄλλοι τε καὶ Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ. Stephanus s. v. advocat Xenophontem Ἑλληνικῶν τρίτῃ (cap. I. 12. p. 113. Mor.), cujus ibi narrationem de Midia fortasse et E. exposuit.

123. (Ol. XCII. 4.)

Diodorus Sic. XIII. 54. De Hannibalis in Siciliam invasione — — εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας Ἀγ-

νίβας, ὡς μὲν Ἔφορος ἀνέγραψε πεζῶν μυριάδας εἴκοσιν, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους· ὡς δὲ (sic pro ὁ δὲ Steph. et probat Wess.) Τίμαιός φησιν οὐ πολλῷ πλείους τῶν δέκα μυριάδων. Timaeo accedit Xenophontis auctoritas, Hellen. I. I. 27. Καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν, ἐν ᾧ Καρχηδόνιοι Ἀννίβα ἡγουμένου στρατεύσαντες ἐπὶ Σικελίαν δέκα μυρίασιν στρατιᾶς seq. Ephorus libenter videtur numeros in majus extulisse, quapropter et ἀκρισίας ab *Heerenio* arguitur, Ideen T. II. p. 28 et 280. Vel ob hanc causam Diodoro, L. IX. 30. Ephorum esse auctorem subjiciendum puto, ubi Graecorum C millia pugnasse ad Plataeas refert, demirante *Wesselingio* (p. 428.), cum Herodotus, IX. 31. L millia solum habeat.

Diodorus XIII. 60. — — Himeraeos Carthaginiensium interfecisse — — πλείους τῶν ἑξακισχιλίων, ὡς Τίμαιος· ὡς δὲ Ἔφορός φησι, δισμυρίων. Et hoc nimium. Vid. *Wessel.* p. 589.

(Olymp. XCIII. 3.)

Diodor. XIII. 80. De nova Hannibalis in Siciliam expeditione, conductis copiis — οὐ πολλῷ πλείους, ὡς μὲν Τίμαιος, τῶν δώδεκα μυριάδων· ὡς δ' Ἔφορος τριάκοντα μυριάδων. Timaeus iterum ut Xenophon Hellen. I. v. 13.

124. (Olymp. XCIV. 1.)

Stephanus Ἔντελλα πόλις Σικελίας. Ἔφορος ιϛ'· ἦσαν δ' οἰκοῦντες Καμπανοὶ τὸ γένος, σύμμα-

χοι Καρχηδονίων. Hi urbem, qua liberaliter recepti fuerant, incolis misere trucidatis, occupaverant. Diodorus XIV. 9. ibiq. *Wess.* p. 646. quem *Ephori* locus minime fugit.

125. (Olymp. XCIV. 1.)

Plutarchus de Solertia Animal. p. 959. E. Ἐν Ἀθήναις πρῶτος τις ὑπὸ τῶν τριάκοντα συκοφάντης ἀποθανὼν, ἐπιτήδειος ἐλέχθη, καὶ δεύτερος ὁμοίως καὶ τρίτος· ἐκ τούτου δὲ κατὰ μικρὸν ἤδη προϊόντος ἥπτοντο τῶν ἐπιεικῶν, καὶ τέλος οὔτε τῶν ἀρίστων ἀπέσχοντο.

His *D. Wyttenbachius* utitur Biblioth. Crit. P. XII. p. 32. ad illustrandam vocem ἐπιτήδειος. In addendis ad h. l. Philomath. II. p. 271. sic scribit: „Ex eodem quo Plutarchus fonte hausit Sallustius, in oratione Caesaris, Catilin. LI. *Dicam ex Ephoro sumtum esse.* Simpliciter haec narravit Xenoph. Hellen. II. III, 8. et Diodor. S. XIV. 4. ubi Plutarchi verba, p. 998. B. prodita, affert quidem nec animadvertit *Wessel.* ut item *Taylorus* Vit. Lys. p. XLIV. 11. Quod viri doctissimi judicium comparatis inter se Diodori et Plutarchi verbis, Ephorique genere dicendi, equidem quam maxime possum comprobo.

LIBER XVII.

126. (Ol. XCIV. 1.)

